VNIVERSITATI . REGIAE . BAVARICAE FRIDERICIAE . ALEXANDRINAE . ERLANGENSI . SAECVLARIA . PRIMA . CELEBRANTI . EX . ANIMI . SENTENTIA . GRATVLATVR . ET . PIETATIS . VOTA . PRO EIVS . INCOLVMITATE . NVNCVPAT . VNIVERSITAS . REGIA . BORVSSICA . FRIDERICIANA . GEMINA . HALIS . CONSOCIATA

INEST . MEIERI . PVBLICI . APVD . HALANOS . ORATORIS . COMMENTATIO . DE . PROXENIA SIVE . DE . PVBLICO . GRAECORVM . HOSPITIO

HALIS . SAXONVM

MDCCCXXXXIII

FORMIS . EXPRESSVM . HENDELIANIS

De proxenia Graecorum unus de industria commentari aggressus est, Franciscus Volg. Ullrichius [1]) noster, nunc Hamburgensis scholae decus; qui cum adhuc rem a limine, ut ita dicam, salutaverit necdum ipsas aedes intraverit, operae pretium esse putavi eum antiquitatis locum oblata hac gratissima scribendi opportunitate explicare, neque vereor ne aut vetus illud verbum, quod amicorum inter se communia esse omnia contendit, nimis secutus aut invasisse alienum agrum videar, quod quam ille provinciam per XXIII annos deseruit, tamquam abiectam et derelictam in me suscepi, immo habebit, ni fallor, hoc etiam pietatis excusationem, quod ab Francone viro inceptam rem sollemnium secularium Franconicae universitatis pro virili parte ornandorum caussa non quidem perficere at certe aliquo modo profligare studui. In eo commentariolo quod eiusdem viri nomen identidem appellabitur, non mirabuntur qui sciunt eorum, quotquot quasi praetereuntes et aliud agentes de publico Graecorum hospitio disseruerint, neminem esse, qui vel accuratius eam in rem inquisiverit vel scitius et elegantius de ea perscripserit quam illustris auctor oeconomiae civilis Atheniensium et corporis inscriptionum Graecarum [2]); ex hoc pendent plerique, quicumque eundem locum attigerunt postea [3]).

Nihil est autem, quo hac de re qui commentatur aegrius careat quam Hyperidis contra Demadem oratione „virulentia singulari ac maledictis in adversarium insigni," ut Hemsterhusii [4]) verbis utar; ea enim oratio habita est ab oratore, cum Demadem *παρανόμων* accusaret quod post Chaeronense proelium de proxenia Euthycrathi Olynthio conferenda ad populum tulisset [5]).

---

[1]) Disquisitionis de proxenia sive publico apud Graecos hospitio pars prior diss. inaugur. quam — d. XXII. Aug. MDCCCXXII. publ. def. ***Franc. Volg. Ullrichius.*** Berolini 56. p. 8. [2]) ***Boeckhius*** Oeconom. Civil. ***Athen.*** I, 55. 155. 255. II, 48. 77. ***Id.*** in C. I. Gr. T. I. p. 11.; p. 731. b. § 8. [3]) Ex iis qui ante editum corpus inscriptionum Graecarum in hunc locum commentati sunt, cum honoris praefatione appellandi mihi sunt ***Spanhemius*** (in Aristoph. Ran. 461.), ***Valckenarius*** (in Ammon. p. 201. in Herodot. VI, 57.), ***Koenius*** (in Gregor. Corinth. p. 552. ed. ***Schaef.***) et ***Larcherus*** in Herodot. l. c.; ex nuperrimis scriptoribus satis habeo nominasse ***Niebuhrium*** (H. R. II, p. 59.), ***Wachsmuthium*** (H. A. I, 1, 122.), ***Ant. Westermannum*** (de public. Atheniens. honorib. ac praem. p. 42 sq.) ***C. F. Hermannum*** (Lehrb. d. Staatsalt. §. 116.), ***Schoemannum*** (Antiquitt. I. P. Gr. p. 130. 375.) [4]) T. H. in ***Schol. Aristoph.*** Plut. p. 230. v. 690. [5]) De hac oratione acute perscripsit eiusque fragmenta diligenter collegit ***F. G. Kiesslingus*** meus (de Hyperid. orat. Attic. II. p. 14 sqq.). Unum longius fragmentum hic repetam ***Kiesslingi*** et meis curis emendatum, quia ad id saepius nobis redeundum erit; extat illud apud Apsinem in Rhetor. Ald. I. p. 708. et in Rhetoribus Graecis ed. ***Walz.*** Vol. IX. p. 547. tamquam ***Ἐκ τῶν Λογγίνου περὶ εὑρέσεως.— ἔτι ἀναμνήσομεν διὰ ψηφίσματος εἰςφορᾶς, ὡς ὁ Ὑπερίδης κατηγορῶν ψηφίσματος τοῦ*** (τοῦ de coni. adieci) ***ὑπὸ Δημάδου γραφέντος καὶ*** (καὶ de coni., Ald. ὡς, Codd. τῷ, Walz. coni. τὸ, Kiessl. τοῦ) ***πρόξενον Εὐθυκράτη εἶναι γράψαντος, ἀντειςφέρει*** (libri: αὐτοῦ εἰςφ.) ***ψήφισμα, δι' οὗ ποιεῖται τὴν ἀνακεφαλαίωσιν τῶν εἰρημένων·*** ὃ (ita K., libri: ἃ) ***μὲν γὰρ***

Ex antiquis vero scriptoribus, qui quidem aetatem tulerunt, nemo omnino est, qui paullo accuratius vim et naturam proxeniae exposuerit; infrequens memoria eius tum apud rerum scriptores, Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Polybium, Diodorum, Dionysium Halicarnassensem (frequentior apud Timaeum [6]) extitisse videtur), tum apud oratores atticos, infrequentior etiam apud alios prosae orationis auctores et poetas; ne in lexico quidem decem oratorum glossa *πρόξενος* extitisse et diligentius enarrata esse videtur, unde fit, ut ab grammaticis quoque non multum adiuvemur [7]). Pleraque igitur ex inscriptionibus repetenda sunt,

---

οὗτος, φησίν, εἰςκεκόμικεν, οὐκ ἔχει τὰς ἀληθεῖς αἰτίας τῆς προξενίας, ἐγὼ δέ, εἰ ἔστι πρόξενον ὑμῶν αὐτὸν (ita K., libri: *αὐτῶν*) *γενέσθαι, διὰ τούτων τεύξεται γράψας εἰςφέρων* (*διὰ τίνων τ. γ. εἰςφέρω* coni. Kiessl. sed ne id quidem sufficit). *ἔπειτα τὸ ψήφισμα εἰςφέρει· δεδόχθαι* (ita K. praeclare, libri: *δεδεῖχθαι*) *γάρ, φησί, πρόξενον. αὐτὸν εἶναι, διότι τὰ Φιλίππῳ συμφέροντα καὶ πράττει καὶ λέγει. ὅτι γενόμενος ἵππαρχος τοὺς Ὀλυνθίων ἱππέας προὔδωκε Φιλίππῳ. ὅτι τοῦτο πράξας αἴτιος τοῦ Χαλκιδέων ὑπῆρξεν ὀλέθρου. ὅτι ἁλούσης Ὀλύνθου τιμητὴς ἐγένετο τῶν αἰχμαλώτων. ὅτι ἀντέπραξε τῇ πόλει ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Δηλίων. ὅτι τῆς πόλεως περὶ Χαιρώνειαν ἡττηθείσης οὔτε ἔθαψε τῶν τεθνεώτων τινάς, οὔτε τῶν ἁλόντων οὐδένα ἐῤῥύσατο. Διὰ τούτων* (libri: *τοῦτο*) *κεφαλαιωδῶς ἀναμιμνήσκει τῶν παρ' ὅλην τὴν κατηγορίαν εἰρημένων κατ' αὐτοῦ.* [6]) Cf. ***Polyb.*** XII, 12, 2. *ὁ - τὰς ἐν ταῖς φλιαῖς τῶν νεῶν προξενίας ἐξευρηκώς, Τίμαιός ἐστιν.* [7]) Componam hic omnium grammaticorum locos, qui quidem huc faciunt. ***Ammon.*** p. 118. Valck. *πρόξενος πόλεως καὶ ἔθνους, ὡς παρὰ Θουκυδίδῃ· ξένος δὲ ὁ εἷς ἑνός.* ***Pollux*** III, 59. *ὁ μὲν πρόξενος, ὅταν πόλεως δημοσίᾳ προξενῇ τις ἐν ἄλλῃ πόλει ὤν, ὡς ὑποδοχῆς τε τῶν ἐκεῖ φροντίζειν, καὶ προσόδου τῆς πρὸς τὸν δῆμον, καὶ ἕδρας ἐν τῷ θεάτρῳ· ποιεῖ δὲ ταῦτα καὶ ἐθελοπρόξενος, ὁ ἀνάγραπτον τὴν προξενίαν ἔχων* (l.: *π. μὴ ἔχων.* Jungermann: *ὁ οὐκ ἀναγρ.*) ***Thom. M.*** *προξενία ἡ κοινὴ πρὸς πόλιν φιλία.* ***Schol. Thucyd.*** II, 29. V, 59. *πρόξενος, φίλος.* ***Hesych.*** *πρόξενος, φίλος ὁ ἐν τῇ ἑαυτοῦ ξενίᾳ* (an *ξένων*?) *προϊστάμενος.* ***Schol.*** Cod. Aug. in ***Dem.*** de Halon. p. 86, 6. (T. 2. p. 130. R.) *πρόξενός ἐστιν ὁ προστάτης ἐν τῇ ἑαυτοῦ πολει ἄλλης πόλεως.* ***Lex. Rhet.*** p. 298, 27. *Πρόξενοι καὶ ἰσοτελεῖς· οἱ προτιμώμενοι τῶν Ἀθηναίων πρόξενοι ἐκαλοῦντο, οἱ δὲ λοιποὶ ἰσοτελεῖς, οἱ δὲ μετοίκιον τελοῦντες μέτοικοι.* l.: *οἱ προτιμ. τῶν ξένων ὑπ' Ἀθηναίων.* ***Schol. Dem.*** Mid. p. 64. ed. ***Meier.*** *προξένους προστάτας φροντιστάς.* ***Gloss. Herod.*** p. 354. ***Schweigh.*** *πρόξενοι οἱ προστάται πόλεων καὶ φροντισταὶ καὶ ξένους ὑποδεχόμενος.* ***Schol. Dem.*** de Rhod. libert. p. 194, 18. et ***Gregor. Corinth.*** p. 552. *πρόξενοι προστάται π. κ. φ. καὶ ξενίαις ὑποδ.* ***Schol.*** in ***Dem.*** Leptin. §. 111. p. 114. W. *πρ. οἱ ὑποδεχόμενοι ἀλλήλους ἐν ταῖς ἑαυτῶν πόλεσιν· ἦσαν δὲ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ.* ***Schol. Aeschin.*** *παραπρ.* §. 89, 11. p. 18. ***Bekk.*** *πρόξενοι δέ εἰσι πόλεων οἱ ἐν ταῖς αὐτῶν πατρίσι τῶν πόλεων ἐκείνων προϊστάμενοι ὧν εἰσι πρόξενοι.* Eodem tendit quamquam verbis minus accommodatis utitur, ***Erotianus*** in Lex. Hippocr. p. 316. *οὕτως ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐν ἄλλαις πόλεσι μένοντας καὶ εἰς ξενίαν ὑποδεχομένους καὶ φροντίζοντας φίλων, οὐκ ὄντων δὲ πολιτῶν* et ***Hesych.*** *πρόξενοι οἱ προστάται καὶ ξενίας ἐπιμελούμενοι ἤγουν τοὺς ξένους ὑποδεχόμενοι.* In solos Lacedaemoniorum proxenos conveniunt explicationes ***Eustathii*** in Il. γ. p. 405. *οἱ ῥηθέντες πρόξενοι χειροτόνητοι ἦσαν ἢ ὑπὸ δήμου ἢ ὑπὸ βασιλέων. Ἡρόδοτος οὖν γέρας εἶναί φησιν τοῖς βασιλεῦσιν ἐν Σπάρτῃ τὸ καὶ προξένους ἀποδεικνύειν, οὓς ἂν θέλωσι τῶν ἀστῶν.* ***Schol. Aristoph.*** Av. 1021. *προξ. ἐκάλουν τοὺς τεταγμένους εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους τοὺς ἐξ ἄλλων πόλεων ἥκοντας* (haec transierunt in ***Suid.*** s. v.). ***Schol. Dem.*** in Mid. p. 246. *προξ. δὲ ἐκαλοῦντο οἱ χειροτονούμενοι ὑπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τῷ τὰς πρεσβευούσας πόλεις ὑποδέχεσθαι.* Longe meliora habet ***Ael. Dionys.*** ap. Eustath. p. 405, 37. *πρόξενοι μὲν κατὰ Αἴλιον Διονύσιον οἱ ὅλης πόλεως ξένοι, παρ' οἷς καὶ πρέσβεις κατάγονται καὶ αὐτοὶ πρεσβείας προσάγουσι πρὸς τὸ δημόσιον.* Hinc sua derivarunt ***Suid. Phot.*** v. *ἰδιόξενος. ὁ ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὸν ξένος ὤν. πρόξενος δὲ·*

quamquam etiam hae minus uberes sunt feracesque quam velis; mihi haec scripturo tituli proxeniae innotuerunt CXIIII, qui civitatium sunt XXXXIX. Eorum unus est Petiliensis [8]), quattuor Attici [9]), duo Laconici [10]) unus Achaiae [11]), bini Tanagrae [12]) et Orchomeni [13]), singuli foederis Boeotorum [14]), Oropi [15]), Chaliae [16]), unus Amphictyonicus [17]), viginti quinque Delphici [18]), quattuor Thaumacenses [19]), unus Dauliae [20]), unus Anticyrae [21]), unus Acarnaniae [22]), sex Lamienses [23]), unus Hypatensis [24]), unus Aenianum [25]), duo Crannonii [26]), unus Heracleae [27]), quinque Corcyrae [28]), duo Mesambriae [29]), singuli Odessi [30]), Eretriae [31]), Thasi [32]), Sami [33]),

---

ὁ ὅλης (ita *Phot.*, *ὁ νέηλυς Suid.*) *πόλεως ξένος, παρ' ᾧ καὶ οἱ πρέσβεις κατάγονται, καὶ προσάγει τὰς πρεσβείας οὗτος πρὸς τὸ δημόσιον καὶ τὰ ἄλλα διοικεῖ καὶ διαπράττει ἐν τῇ πατρίδι τῇ ἑαυτοῦ τὰ τῇ πόλει ἐκείνῃ διαφέροντα, ἧς προξενεῖ.* Bona mixta malis continet explicatio, quae extat tum in *Schol. Lucian.* T. V. p. 55. Bip. tum in *Schol. Hermog.* Vol. VI., p. 362. tum, ut ex *Ullrichio* p. 32. didici, in *Συναγωγῇ λέξεων χρησίμων ἐκ τῶν τοῦ Λουκιάνου* inedita, quae in cod. mst. 345. Bibl. Sangerm. fol. 179, A legitur; ex hac missis iis, quae huc non pertinent, quattuor excerpimus enarrationes 1) *πρόξενος ὁ ὅλης πόλεως ξένος.* 2) *ὁ φανερῶς πόλεώς τινός τισι πολίταις κατὰ τρόπον ξένος.* 3) *οἱ μέντοι νεώτεροι τῶν ῥητόρων* (i. e. prosae orationis scriptorum, de qua potestate cf. commentat. *meum* de lexic. rhet. p. 3.) *προξένους καλοῦσι τοὺς παραιτίους τινὸς πράξεώς τισι γενομένους, ἴσως ἀπὸ τοῦ καὶ τοὺς προξένους συσπουδάζειν τὰ παραίτια τῶν καταθυμίων καὶ ἐκπορίζειν ἐπὶ τὸ ῥᾷστον προάγοντας. ἢ καὶ ἐπὶ χειρόνων παρείληπται τοῦτο, καταχρησαμένων οὕτω λοιπὸν τῶν μὴ κεκριμένως τῇ κρίσει προσεχόντων* (Novissima non magis intellego, quam intellexit *Ullrichius* p. 46.) 4) *ἕτεροι δὲ προξένους μὲν φασι τοὺς κατὰ δόγμα πολιτικὸν προστάτας ὅλων πόλεων γιγνομένους.* *Schol. Eur.* Androm. 1092. *πρόξενοι οἱ ἐν τοῖς ξένοις φίλοι, ὡς τοῦ Νεοπτολέμου ἀπὸ τῆς ἀποδημίας φίλους ἔχοντος ἐκεῖσε.* *Etym. Gudian.* 481, 30. *πρόξενος μὲν γὰρ πόλεως· ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἰδιόξενος. οὐκ ὀρθῶς οὖν Εὐριπίδης· πρόξενος διαφέρει τοῦ ἰδιόξενος· κακῶς τίς ἐστι προξένους σοι χρώμεν.* . Haec apparet corrupta esse; emendandi viam monstrat *Ammon.* l. c. *ξένος δὲ ὁ εἷς ἑνός. ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἰδιόξενος. οὐκ ὀρθῶς οὖν Εὐριπίδης ἐν Τηλέφῳ* (fr. 24.) *πρόξενον εἴρηκε τὸν ἰδιόξενον „Κακός τίς ἐστι προξένῳ σοι χρώμενος."* Intercidit igitur in *Gud. Etymol.* *ξένος δὲ ὁ εἷς ἑνὸς* ante *ὁ δ' αὐτὸς*, dein rescribendum: *Εὐριπίδης πρόξενον τὸν ἰδιόξενον.* Quod vero illi in Euripide reprehendunt, idem in alios etiam tragicos cadere probatur exemplis not. 11. allatis. [8]) C. I. Gr. no. 4. [9]) ibid. no. 84. 87. 90 et *Ad. Schoell* Archaeolog. Mittheil. aus Griechenland 1843. I, p. 53. [10]) C. I. no. 1334 sq. [11]) Ib. 1542. [12]) Ibid. 1562 sq. [13]) Ibid. 1564. et decret. ab *Ern. Curtio* nostro editum in *Mus. Rhen.* 1842 II, p. 106 sqq. [14]) C. I. 1565. [15]) Ibid. 1566. [16]) Ibid. 1567. [17]) In *Ern. Curtii* elegantissimo libro *Anecdot. Delphic.* Berol. 1843 no. 41. [18]) Horum duos edidit *Boeckhius* C. I. 1691. 1693., singulos ediderunt praestantissimi viri *Rossius* Inscription. Gr. Inedit. I, 67., *Ullrichius* Reisen und Forschungen in Griechenland T. I. 1840 p. 67. et *Leakeus* Trav. in north. Greece no. 99, b; viginti *Ern. Curtius* edidit Anecd. Delph. no. 46—55.; no. 57—66. Leakianarum inscriptionum copiam mihi fecit *Keilii* eruditissimi Portensis professoris humanitas. [19]) C. I. Gr. 1771—1773. *Leake* no. 15. [20]) *Ross* I, 82. [21]) *Leake* 96. [22]) C. I. 1793. [23]) *Ludolph Stephani* Reise durch einige Gegenden d. nördl. Griechenlands L. 1843. 8. no. 15. 16. 17. 19. 27. 28. [24]) *Leake* no. 18. qui sic est restituendus: *[τῷ δεῖνα] οἱ Ὑπαταῖοι ἔδοσαν* (id notabile, cum in reliquis titulis sit *ἔδωκαν*) *προξε[νίαν ἐπι]νομίαν ἔγκτησιν πάντων αὐτῷ καὶ [ἐκγόνοις] καὶ τἄλλα πάντα ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοι[ς προξένοις καὶ εὐεργέταις]. Ἀρχόντων Ἀντινόου ....* [25]) *Leake* ib. c. sic restituendus: *Λέων Ἀλεξάνδρου ...... [τὸ κοινὸν] τῶν Αἰνιάνων ἔδωκε προξενίαν Σωσιστράτῳ Φιλέου Ἀθηναίῳ. [ἔγγ]υοι τᾶς προξενίας..... [Δι]καίαρχος Ἀκρίωνος, Πυῤῥίας Καλλ[ίου?* [26]) *Leake* no. 149. a. b. [27]) *Stephani* l. c. no. 33. [28]) C. I. 1840. sqq. [29]) ib. 2053, b. c. [30]) ib. 2056. [31]) ib. 2144, b. [32]) ib. 2161. [33]) ib. 2256.

duo Erythraeorum [34]) Ioniae, duo Minoetarum Amorgi [35]), duo Delienses [36]), quinque Tenii [37]), singuli *τοῦ κοινοῦ τῶν νησιωτῶν* [38]), Syri [39]), Cei [40]), duo Parii [41]), unus Sicini [42]), duo vel quattuor Ietarum [43]), unus Therae [44]), duo Anaphae [45]), singuli Meliorum [46]) et Rhodiorum [47]), tres Cretensium [48]), unus Calymniorum [49]), Iasensium [50]) quinque certi, tres minus certi, singuli Cymae [51]), incertae alicuius Aeolicae civitatis [52]), Iliensium [53]), Cii [54]), Agrigenti [55]) et Melitae [56]), atque fortasse etiam decretum quoddam Peltenorum Phrygiae [57]) huc pertinet. Num qui alii aut extent editi aut lateant inediti, non vacabam quaerere; adeo haec intra brevissimum tempus properanda erant.

2. Proxeniarum Boeckhius duo distinxit genera, eorum alterum commune fuisse Graecis omnibus eoque comprehendi, quicumque in ea civitate, cuius cives essent, curarint res eius civitatis, cuius essent proxeni, in neutra vero magistratuum potestate fuerint; alterum, rarius illud, fuisse si minus magistratus, certe magistratibus similes curatores; hos nominatos esse non a peregrinis civitatibus, sed ab iis, quarum ipsi cives essent, ut qui ad eas urbes devertissent peregrini, eos reciperent et custodirent; eiusmodi proxenos fuisse Spartae, id est ea in urbe, cuius nota sit *ξενηλασία*, eosque electos esse ex civibus Spartanis idque ab regibus; talem fuisse, qui postea diceretur *ἐπιμελητὴς ξένου τινός*, ut in C. I. No. 1330 *Ῥωμαίου*; eiusdem generis fuisse proxenos etiam Petiliae et fortasse antiquitus in aliis quoque Graecis civitatibus; certe quod Thucydides (III, 70) Corcyraeum Pithiam Corcyrae dicat fuisse Atheniensium *ἐθελοπρόξενον*, i. e. non a Corcyraeis constitutum, eo probari videri Corcyrae alios fuisse proxenos, a Corcyraeis ipsos nominatos, ut curarint peregrinos, qui proinde fuerint Corcyraeorum quodammodo magistratus. Ita fere Boeckhius, quem proxenos, quos Spartanorum reges e Spartanis civibus elegerint, recte ab vulgari proxenorum genere distinxisse res ipsa docet; eosdem autem illos quod fuisse vult magistratuum vel certe curatorum potestate et ad Spartanorum *ξενηλασίαν* refert, in coniectura est positum (nam praeter Herodotum [58]) nullus veterum scriptorum quidquam de iis memoriae mandavit), eaque, ni fallor, parum probabili. Quodsi enim cum *ξενηλασίᾳ* cohaesisset illud institutum essetque ex metu profectum, ne ab peregrinantibus Spartae corrumperentur cives, esset potius ephoris commissum, quorum potestati *ξενηλασία* quoque permissa esse videtur [59]); quod ab regibus nominabantur, quod eorum nominatio ab Herodoto componitur cum Pythiorum nominatione, quae etiam ipsa ad regum partes pertinebat, demonstrare videtur eorum procurationem in hospitalitate tantum rei publicae nomine tuenda constitisse praesertim eorum peregrinorum, qui Hyacinthiorum vel Gymnopaediarum, vel Carneorum, vel aliorum sollemnium caussa Spartam venissent, quae procuratio longe abest

---

[34]) *Curtii* Anecd. Delph. no. 68 sq. [35]) C. I. 2264, l. et *Ross* in *Ed. Gerhardi* mei Archaeol. Zeit no. 6. 1843. Juni p. 109 sq. [36]) ib. 2267 sq. [37]) ib. 2329—2333. [38]) ib. 2334. [39]) ib. 2347, c. [40]) ib. 2353. [41]) 2374, c. d. [42]) ib. 2447, b. [43]) *Ross* Inscr. Gr. med. II, 94. 95, a., minus certi sunt 95, b. 96. [44]) C. I. 2450. [45]) ibid. 2477, b. c. [46]) *Ross.* l. c. 193. [47]) C. I. 2526. [48]) ibid. 2558—2560. [49]) ib. 2671. [50]) Certi 2673, b. 2675, b. 2676. 2677, a. 2678., minus certi 2673, a. 2675, a. 2677, b. [51]) ibid. 3523. [52]) ibid. 3640. [53]) ibid. 3546. [54]) ibid. 3723. [55]) *Gruter.* C. I. p. 401. [56]) ib. p. 400. [57]) *Boeckh.* C. I. 3568, f. [58]) *Herodot.* VI, 57. *προξείνους ἀποδεικνύναι τούτοισι (βασιλεῦσι) προςκεῖσθαι, τοὺς ἂν ἐθέλωσι τῶν ἀστῶν καὶ Πυθίους αἱρέεσθαι δύο ἑκάτερον.* [59]) *C. O. Müller.* de Doriens. II, p. 121.

ab curatorum potestate. Denique in illa inscriptione supplendum videtur: ἐπιμεληταὶ τοῦ Ῥωμαίου καταλύμ[ατος, Ῥωμαῖον autem κατάλυμα conferendum est cum δημοσίῳ καταλύματι [60]) i. e. publico deversorio s. hospitio [61]); crediderim igitur tempore illius inscriptionis Romanis locum fuisse Spartae publice datum, quo deversorio uterentur, eiusque loci suos fuisse curatores. Itaque non ex ea inscriptione apparet ξένον τινός sed tantum ξενικοῦ καταλύματος fuisse curatores. — Videamus de Petiliae proxenis. Horum quoque memoria uno extat loco, in titulo antiquissimo Petiliensi; in hoc enim post verba Θεὸς Τύχα. Σαῶτις δίδωτι Σικαινίᾳ τὰν Fοικίαν καὶ τἆλλα πάντα. Δαμιωργὸς Παραγόρας leguntur: Πρόξενοι Μίνκων, Ἁρμοξίδαμος, Ἀγάθαρχος, Ὀνάτας, Ἐπίκωρος. Certum est contineri eo titulo testamenti tabulas, certum est testamento scribendo magistratus nonnumquam adhibitos apud Graecos esse et δαμιωργὸν doricum magistratuum nomen fuisse; per se igitur habet sane magnam probabilitatis speciem etiam proxenos, qui in eo titulo dicantur, magistratuum potestate fuisse. Verumtamen si illi tales fuissent magistratus, quales Boeckhius statuit Spartanorum fuisse proxenos, difficile est intellegere cur illi potissimum scribendo testamento sint adhibiti. Quod enim ea difficultate ut se expediret, coniecit Boeckhius, Petiliam institutis Doricarum civitatum esse usam, in his autem peregrinum non licuisse heredem scribere, proxenos igitur in mandatis habuisse ut caverent, ne qui peregrini in civium testamentis heredes scriberentur, duplici nomine displicet. Primum enim peregrino ne Athenis, ne in Ionicis quidem civitatibus concessum erat civis heredi esse; carebat enim ille et commercio, sine quo non in bona, et ἀγχιστείᾳ, sine qua non in sacra succedi poterat; prohibere igitur quo minus ab cive heres peregrinus institueretur si esset omnino necesse, cavendum fuisset Ionicis civitatibus non minus. Deinde nullo modo necesse erat singulari cautione adhibita prohibere, quod iam erat sua sponte irritum; testamentum enim, quo peregrinus esset civi heres scriptus, ipso iure carebat omni effectu et nullum habebatur. Probabilius est igitur proxenos Petiliensis tituli esse testes; quorum quod quinque nominantur, haud scio comparandumne sit cum quinque testibus, qui apud Romanos testamento per aes et libram praeter familiae emptorem et libripendentem adhibebantur. Illis testibus cur προξένων nomen apud Petilienses fuerit nescio; hariolari qui velit, plura possit, veluti quod plerumque ad illud testimonium amici tantum admissi sint, aut quod quasi testamenti auctores et procuratores fuerint, eam ab caussam ita esse dictos; sed istud magis fuerit allucinari quam coniecturam capere. Fuit, qui coniiceret heredem et testatorem in Petiliensi titulo peregrinos fuisse, suos igitur ab utroque proxenos esse testimonii caussa adhibitos; sed vel ea coniectura vana est; primum enim in nulla Graeca civitate peregrinis, nisi qui singulari beneficio ἐγκτήσεως affecti essent, permissum erat domos possidere; deinde etiam id, quod Σαῶτις et Σικαινίας nominibus non adiecta est patriae significatio, cives illos esse probat. Virorum enim, non mulierum sunt nomina; namque mulieribus parum credibile est aut tam vetustis temporibus, praesertim in civitate, quae secuta sit Dorica instituta, aut ullo tempore non intercedente κυρίου assensu et potestate testamentifactionem fuisse. — Aliis quoque civitatibus antiquitus proxenos Spartanorum similes fuisse verissime Boeckhius coniecisse vide-

[60]) *Diodor.* XIV, 93. c. n. W. Cretae quoque similia erant καταλύματα. [61]) *Liv.* V, 28. narrat Romanos legatos Liparae ab Timasitheo adductos in *publicum hospitium.*

tur. Delphos iis esse usos Euripidis [62]) Andromache et Ion fidem faciunt, atque ubi excipiendi erant tot peregrini, quot ad Pythiorum ludorum celebritatem vel ad oraculum consulendum convenire Delphos solebant, cauponis praesertim antiquitus aut nullis aut contemptis, vix aut ne vix quidem poterat simili instituto careri. Sed Pithias, qui Atheniensium ἐθελοπρόξενος Corcyrae fuisse dicitur, non opponitur iis, quos ex suis civibus suisque decretis Corcyraei, sed iis, quos ex Corcyraeis Athenienses Atticis decretis nominarint, qua de re infra dicetur.

3. Transeo ad proxenos Graeciae civitatibus communes, in quorum natura et ratione explicanda haec continebitur commentatio. Hos qui componebant nuper [63]) cum consulibus, qui nunc dicuntur et mercaturae defendendae caussa solent in maioribus, praesertim maritimis urbibus constitui ex harum civibus, eatenus recte faciebant, quatenus pars negotiorum, quae apud Graecos a proxenis *nonnumquam* procurabantur, nunc ab consulibus illis transiguntur; ceteroquin autem iniqua videtur comparatio, quae fallat potius nescientem, quam rem abditam in lucem clariorem proferat. Etenim proxenia plerumque principibus tantum suarum civitatum viris oblata et ne ab regibus quidem spreta longe honorificentior erat quam hic quasi consulatus; namque non tantum Polydamas Pharsaliorum princeps et Iason Pheraeus Thessaliae tagus proxeni Lacedaemoniorum erant, sed ne Alexander quidem Philhellen Macedoniae et Strato Sidonis reges dedignati sunt Atheniensium proxeniam neque Eumenes II Pergami rex respuit Rhodiorum se proxenum dici, quibus quis crediderit nostrorum consulum munia imponi sibi passos esse. Dicam quod sentio; consulatus hic in negotiorum quorundam procuratione omnis continetur, honoris autem non habet nisi accessionem; Graecorum autem proxenia in honore imprimis versabatur, ad quem voluntas, non vero necessitas quandam afferebat negotiorum accessionem; proxenia igitur tantum abest ut magistratus fuerit, ut ne procuratio quidem aut munus, immo ne negotiorum quidem gestio dici possit; ea de re dubitanti vel illud scrupulum exemerit, quod nonnumquam eadem in urbe civitas eadem plus uno utebatur proxeno, nonnumquam vel eodem decreto pluribus eiusdem urbis civibus ab eadem civitate proxenia data est, qui si essent imprimis ad negotia administranda vocati, ea impedivissent magis quam expedivissent.

Proxenia igitur *honoris* titulus erat, quod latine recte dixeris „hospitium publicum," quo nomine Romani nonnulli scriptores [64]) etiam in graeca re significanda utuntur; idque recte eos

---

[62]) Cf. not. 69. [63]) ***Dukas*** in ***Thuc.*** II, 29. *πρόξενον — τὸν λεγόμενον παρὰ τοῖς Εὐρωπαίοις κόνσολα.* ***Boeckh.*** Oec. Civ. I, 55. „Endlich duldeten die Hellenen auch eine Art ***Handelsconsuln*** in der Person des Proxenos eines jeden Staats, welcher als ***Geschäftsträger*** desselben ***verpflichtet*** war, sich der Bürger anzunehmen, die am Orte handelten." ***Id.*** C. I. I, p. 11. „***Unaquaeque*** enim civitas in alienis civitatibus potioribus habuit suum ***curatorem*** ex eius reipublicae civibus, in qua alienae civitatis ***commodis consuleret*** delectum et constitutum." ***Id.*** p. 732. „sunt hi fere quos nos vocamus consules mercatorios vel agentes." ***Wachsmuth.*** l. c. „Solche Proxenoi waren also den heutigen Consuln zu vergleichen." ***Westerm.*** p. 44. „proxenorum munus ita fere comparatum erat, ut eorum quos hodie „Consules" vel „Agentes mercatorios" vocamus." [64]) ***Cic.*** Verr. IV, 65. „Decernunt (Syracusani) statim primum, ut cum fratre L. ***hospitium publice fieret***, quod eandem voluntatem erga Syracusanos suscepisset, quam ego semper habuissem. Id non modo tum scripserunt, verum etiam in aere incisum nobis tradiderunt."

facere tum res ipsa docet, tum meliorum grammaticorum Graecorum [65]) explicatio, qui *πρόξενον* volunt ita fuisse hospitem peregrinae civitatis, ut *ξένος*, quem sequiores scriptores *ἰδιόξενον* dicebant, privato privati peregrini hospitio usus sit. Hinc sibi opponuntur *προξενία* et *φιλία ἰδιωτική* [66]), *προξενεῖν* et *ἰδίᾳ ξένον εἶναι* [67]), *πρόξενον* et *ἰδιόξενον εἶναι* [68]). Quodsi tragoedia Attica, quae eo nomine ab grammaticis reprehenditur, nihilominus *πρόξενον* de privato peregrinorum vel hospite [69]) vel patrono [70]) dixit, id fortasse sic factum est, quod cum proxenorum fuerit et civitatem, cuius proxeni essent, publice et eius cives privatim cum omni officiorum genere prosequi, tum legatos qui illinc in suam civitatem essent missi hospitio suo excipere, iam nomen similitudinis caussa translatum est in omnes, quicumque peregrinos vel hospitio exciperent vel patrocinio tuerentur. Si vero proxeni, quales Sparta et Delphi habebant, antiquioris originis sunt quam vulgares, fortasse ab illis tragicorum usus derivandus est. *Προξενεῖν* autem verbum aut significat „proxenum esse" et ubi eo est significatu, additum habet genitivum eius populi, cuius sit aliquis proxenus, aut indicat „aliquid alicui conciliare" et „procurare," qua potestate si est, coniungitur cum dativo personae et accus. rei; ea autem significatio iam reperitur apud tragicos Atticos, apud Platonem, Xenophontem, apud oratores, et aliquanto saepius apud inferioris aetatis scriptores, veluti apud Plutarchum, Achillem Tatium [71]); his etiam *πρόξενος* ipsum de cuiusvis rei bonae malaeve procuratore [72]) dicitur; eiusdem aetatis propria sunt *προξενητής*, quod de „interprete" s. „internuncio," et *προξενητικόν*, quod de „mercede" dicebatur, „quae proxenetis procurationis caussa dabatur." Mirus est *προξέ-*

Liv. V, 28. „Hospitium cum eo (Timasitheo Liparensi) senatus consulto est factum." *Id.* XXXVII, 54. „Nihil nobis molestius est, quam quod cum Eumene nobis disceptatio est, cum quo uno maxime regum et privatum singulis et, quod magis nos movet, *publicum civitatis* nostrae *hospitium* est." — Illis enim locis dubitari nequit quin proxenia significetur. Cimonem, quem proxenum Lacedaemoniorum fuisse *Plutarchus* Cim. 14. alique perscripserunt, *Nepos* Cim. 3, 3. „*hospitio* Lacedaemoniorum" usum esse narrat. [65]) Cf. not. 6. [66]) *Dio Chrysostom.* Or. XXXVIII, p. 474, 10. (140 Reisk.) *προξενίας δὲ ἔχομεν καὶ φιλίας ἰδιωτικάς.* [67]) *Demosth.* de Rhod. libert. p. 194. *οὐ προξενῶ τῶν ἀνδρῶν οὔτ' ἰδίᾳ ξένος αὐτῶν οὐδείς ἐστί μοι.* [68]) *Lucian.* Phalarid. princ. *οὔτε Ἀκραγαντίνων πρόξενος ὢν οὔτε ἰδιόξενος αὐτοῦ Φαλάριδος.* [69]) Ea est vocis significatio apud *Sophocl.* El. 1451 *φίλης προξένου κατήνυσαν*, apud *Eur.* Androm. 1105. *σὺν προξένοισι μάντεσίν τε Πυθικοῖς*, ap. *Eur.* Ion. 565. *προξένων δ' ἔν τῳ κατέσχες.* ibid. 1056. *σὺ μὲν νῦν εἴσω προξένων μέθες πόδα.* *Schol. Aristid.* p. 190. Dind. *ἐστὶ δὲ καὶ προξενία ἡ ξενοδοχία, καὶ προξενῶ τὸ ξενοδόχος τινός εἰμι, γενικῇ συντασσόμενον. μαρτυρεῖ δὲ καὶ Δημοσθένης λέγων. „Παρὰ σοὶ κατέλυον Αἰσχίνη καὶ σὺ προὐξένεις αὐτῶν."* [70]) Apud *Aeschyl.* Suppl. 422. Danaidum chorus, quae cum patre Danao relicta Aegypto Argos venerant, petunt ab Argivorum rege: *γενοῦ πανδίκως εὐσεβὴς πρόξενος*, id est, ut *patronus* sibi sit. Ib. 497. Danaus sua multum interesse dicit *αἰδοῖον πρόξενον λαβεῖν*, id est venerandum „patronum" nancisci. Etiam v. 920, ubi rex Argivorum praeconem ab Aegypti filiis missum, ut Danaidas protraheret, interrogat, *ποιοῖσιν εἰπὼν προξένοις ἐγχωρίοις* atque ille respondet *Ἑρμῇ μεγίστῳ προξένῳ μαστηρίῳ*, in eundem sensum acceperim. Sic etiam *Eurip.* Med. 359. *τίνα προξενίαν — ἐξευρήσεις* de *privato* patrocinio vel hospitio dixit. [71]) Cf. locos, quos *Ullrichii* diligentia contulit l. c. p. 46. Adde *Iacobs.* in Achill. Tat. p. 433. [72]) *Alciphr.* III, 72. *πρόξενος τῆς κοινωνίας.* I, 9. *διὰ σοῦ προξένου* „tua ope", „te interveniente." Cf. etiam I, 26. Dixit aliquis, neque enim satis nunc memini quis dixerit, *ὀφθαλμὸς φιλίας πρόξενος.* Sed etiam hic praeivit quodammodo *Aeschyl.* Suppl. 810. *φροίμια πρόξενα πόνων.*

νου vocis usus in loco quodam Aeneae Tactici [73]); eo enim loco Casaubonus ea voce significari credit „priorem mercenarium," Orellius eum, „qui mercenarios conduxerit;" mihi nondum constat, quid illic indicetur. — Ipsum *προξενίας* vocabulum aut „proxeni sive publici hospitis *honorem*" aut „*decretum* de eo honore conferendo datum" significat, uti *εὐεργεσία* et *πολιτεία* non tantum de *εὐεργέτου* et *πολίτου* honore et conditione sed etiam de decreto dicebatur, quo is honor conferebatur; prior significatio locum habet in verbis *ἔδωκαν προξενίαν*, altera in verbis *ἀναγράψαι προξενίαν*, veluti *ἐν στήλῃ λιθίνῃ* [74]). — Restat exponatur, qui factum sit, ut *πρόξενος* de publico hospite diceretur; verum quamquam cum Ullrichio [75]) facere nequeo, cui in eo verbo *πρὸ* praepositione nihil novae notionis addi, sed simplicis significatio augeri tantum videtur, id quod etiam credit in *προβαθύς*, *πρόδηλος*, *πρόκακος*, *πρόπας* cadere, tamen quia nondum habeo quod liqueat, ampliandum arbitror, praesertim cum ne id quidem constet, utrum communium Graeciae an Spartanorum et Delphicorum proxenorum antiquior origo sit; hi enim si antiquiores sunt, in *πρὸ* dici licet inesse prospiciendi vim, quae est in *πρόδικος*, in *προθυμεῖσθαι* al., sin contra illorum priores sunt natales, *πρὸ* in *πρόξενος* fortasse eundem significatum habet, qui inest in *προφανής*, in *πρόγραμμα*, *προγραφή*, *προκηρύσσειν*, *προαγορεύειν* id est „publicae rei." Tantum de nominibus; dicendum iam est de re.

4. Proxenos honorarios qui Graeciae communes erant, esse Homero posteriores Eustathius [76]) scripsit; originem eorum ex privata hospitalitate heroicae aetatis repetendam esse, quae apud Graecos non tantum ab doctis hominibus commendabatur vehementer, sed deorum etiam hospitalium, Iovis imprimis religionibus consecrata erat, erudite exposuit Ullrichius. Antiquissimi autem, qui commemorantur proxeni, sunt Alexander Philhellen, Macedoniae rex et Arthmius Zelita atque Alcibiadis et Calliae familiae, illi Atheniensium, hi Spartanorum proxeni; etenim eorum omnium proxenia bellis Persicis videtur aliquanto antiquior fuisse. Alexander, quem Mardonius, quod Atheniensium esset *πρόξεινός τε καὶ εὐεργέτης* s. *π. τ. καὶ φίλος*, post Salaminium proelium Athenas legatum misit [77]), primusne fuerit gentis suae Atheniensium hospes publicus an iam a maioribus traditum hospitium habuerit ignoratur. Idem valet in Arthmium Zelitam Pythonactis fil.; hunc proxenum fuisse Atheniensium unus Aeschines [78]) dicit; eundem, quod Medica pecunia Graecos, imprimis Peloponnesios corrumpere conatus esset, plebisscito Atheniensium, quod rogante Themistocle esset latum, Atheniensium et sociorum hostem esse iudicatum proscriptumque ut ab uno quoque impune interfici posset, multi memoriae mandarunt [79]). — Evidentius demonstrari potest Calliarum et Alcibiadum proxeniam Persicis temporibus antiquiorem esse. Callias enim III [80]) cum Atheniensium legatus Lacedaemone esset, hospitium Lacedaemoniorum dixit [81]) sibi non soli esse sed traditum iam *ab avo ut paternum* genti suae. Illud

---

[73]) ***Aen.*** Tact. c. 22. [74]) C. I. 1841. 2144, b. 2264, 1. cf. ***Boeckh.*** in C. I. 2354. [75]) l. c. p. 43. [76]) ***Eustath.*** in Il. *Γ*, p. 405. *τὸν δὲ ταῦτα ποιοῦντα πρόξενον ἐκάλουν οἱ μεθ' Ὅμηρον.* [77]) ***Herodot.*** VIII, 136. 143. ***Aristid.*** Plataic. orat. p. 250. (T. I. p. 233. Dind.) [78]) ***Aeschin.*** c. Ctesiph. p. 647. [79]) Cf. ***Taylor.*** in ***Dem.*** de f. l. 428, 2. ***Meier.*** de bon. damn. p. 102. [80]) Sequor in numerandis Calliis rationes ***Boeckhii*** Oec. Civ. Ath. II, p. 15. [81]) ***Xenoph.*** H. Gr. VI, 3, 4. *τὴν μὲν προξενίαν ὑμῶν οὐκ ἐγὼ μόνος ἀλλὰ καὶ πατρὸς πατὴρ πατρῴαν ἔχων παρεδίδου τῷ γένει.*

igitur accepisse videtur Hipponicus II, cui Ammoni cognomen erat, eius Calliae fil., qui Pisistrati adversarius erat. — Alcibiadum autem proxeniam Laconicam etiam priorem illa fuisse oportet, quippe quam iam renuntiaverit clarissimi ducis avus [82]) cognominis; factum id est certe ante Ol. LXXXIII, 2, quo anno Clinias huius filius et ducis pater ad Coroneam occubuit; neque enim avo superstite nepotes in avunculorum tutelam venissent; credibile est autem iam ante Tanagrense proelium renuntiatam esse proxeniam; etenim eundem illum antiquiorem Alcibiadem, quem testularum suffragiis urbe eiectum esse constat [83]), coniicio cum essent Athenienses ob iniuriam bello Messeniorum acceptam vehementer abalienati ab Lacedaemoniis, non minus quam Cimonem in nimii Laconum studii suspicionem venisse, et, ut illum, Laconismi potissimum nomine urbe carere iussum esse; eam igitur suspicionem ut expurgaret, Laconibus renuntiaverit amicitiam. Id quia fateri noluit Alcibiades dux, quaesita orationis obscuritate *κατά τι ἔγκλημα* renuntiatam eam dicit. Neque vero qui renuntiavit, idem etiam primus fuerit, qui susciperet; immo, ni fallor, iam idem Clinias, qui primus Laconicum Alcibiadis nomen intulit in gentem et imposuit filio [84]), proxenus fuerat Lacedaemoniorum. — Quodsi est coniecturae locus, proxeniam eam, de qua loquimur, coniecerim post regiam potestatem in plerisque civitatibus sublatam receptumque optimatium vel populi imperium esse introductam. — Quousque duraverit illud institutum, ne id quidem ab quoquam plane traditur; novissima autem, quae noverim, proxeniae exempla sunt L. Cicero Marci frater patruelis Syracusanorum [85]) hospes publicus, et Scribonia Philotera [86]) Meliorum *πρόξενος καὶ εὐεργέτις*, atque Sext. Cornelius ab Heracleotis [87]), denique P. et L. Publii filii Aquillii ab Acarnanibus [88]) proxenia donati. Nullus proxeniae titulus inferior est Augusti aetate, quamquam etiam in multis inscriptionibus hoc posterioribus *εὐεργέτου* et *πατρώνου* civitatum tituli memorantur, ut paene in eam adducar suspicionem, fortasse ambitionis tollendae caussa, proxeniam sublatam ab Augusto esse, quem etiam Atheniensibus interdixisse scimus ne cui civitatem pecunia accepta venderent [89]).

5. Proxenia deferebatur plerumque ab civitatibus, raro ab conventibus sive conciliis et ab communibus, veluti ab concilio Amphictyonum Delphicorum, ab communi s. *κοινῷ τῶν Ἀχαιῶν* [90]), *τῶν Λακεδαιμονίων, τῶν Βοιωτῶν, τῶν Ἀκαρνάνων, τῶν Αἰνιάνων, τῶν νησιωτῶν* [91]). Proxeni igitur erant plerumque *τῆς πόλεως*, nisi quod Deli et Delphis ea erat templorum Apollinis auctoritas, ut cui urbium illarum hospitium publicum esset datum, is *πρόξενος καὶ εὐεργέτης τοῦ ἱεροῦ καὶ Δηλίων* [92]), et quamquam rarius hoc, *πρ. κ. εὐεργέτας τοῦ ἱεροῦ καὶ τᾶς πόλιος τῶν Δελφῶν* diceretur [93]). Regis et tyranni nullus erat proxenus; quod Demosthenes Plutarchi Eretriensis tyranni Midiam [94]), quod legatorum ab Clitarcho et Philistide missorum Aeschinem [95]) *προξενεῖν* dicit, in eam partem accipiendum est, ut Midias illius tyranni

---

[82]) *Thucyd.* V, 43. VI, 89. *Plut.* Alcib. 14. [83]) *Pseudo-Andoc.* c. Alcib. §. 34. *Lys.* c Alcib. §. 39. [84]) *Thucyd.* VIII, 6. *Valcken.* in Herodot. VIII, 17. [85]) *Cic.* Verr. IV, 65. [86]) *Ross.* Inscr. Ined. II, 193. [87]) *Stephani* Reis. no. 33. [88]) *Boeckh.* C. I. Gr. 1793. [89]) *Dio Cass.* LIV, 7. [90]) Cf. C. I. Gr. 1542. *Polyb.* V, 95. [91]) C. I. no. 1335. 1565. 1793. 2334. *Leake* no. 18, c. [92]) C. I. 2267 sq. [93]) Ea est ratio unius Delphici tituli C. I. 1693; nam reliquae Delphicae inscriptiones diversam sequuntur. [94]) *Demosth.* c. Mid. p. 579. [95]) *Demosth.* de cor. 252. 28. *οἱ παρὰ τοῦ Κλειτάρχου καὶ τοῦ Φιλιστίδου τότε πρέσβεις δεῦρ' ἀφικνούμενοι παρὰ*

et Aeschines illorum legatorum res non aliter curasse dicantur, quam proxeni soliti sint earum civitatum res curae habere, quarum fuerint publici hospites; neque aliter intellegendum est, quod Hecatonymum Sinopensem Xenophon [96]) Corylae satrapae et regis Paphlagoniae proxenum dicit. —

Proxeniam igitur decernebat civitas, id est concio cum senatu; huius enim auctoritas ubique intercessisse videtur, etiam ubi in decretis proxeniae non diserte commemoratur, sed sola *πόλις*, *δῆμος*, *ἁλιά*, vel *τὸ κοινόν* nominatur [97]). — Antiquitus autem is honor non deferebatur nisi peregrinis iis, qui primum in civitate sua principem quendam locum tenerent, quos evergetas suos habere et dicere non esset dedecori reipublicae, deinde in eam civitatem, quae ipsos hospitio publico ornaret, tum universam tum in cives eius singulatim propensam voluntatem eximiumque studium iam luculenter comprobassent, imprimis vero singularem hospitalitatem iis praebuissent, qui illinc publice privatimque in suas urbes venissent, eosque omni officiorum genere coluissent. Id etiam in proxeniae decretis (nisi si quae [98]), ut pleraque omnia, quae ab *ἔδωκαν* incipiunt, propter brevitatem omni carent exordio et rationis expositione nihilque continent praeter honoris delationem) in exordio exponitur, et plerumque quidem generatim [99]) commemoratur, illum bonum (*ἀγαθόν*), aut benevolum (*εὔνουν*), aut hospi-

---

σοὶ κατέλυον Αἰσχίνῃ καὶ σὺ προὐξένεις αὐτῶν. [96]) ***Xenoph.*** Anab. V, 6, 11. [97]) Decretorum proxeniae duplex potest forma distingui, brevior altera *Δελφοὶ ἔδωκαν* (***Boeckh.*** 1691. ***Curt.*** 47 sqq.), *Λαμιεῖς ἔδωκαν* (***Stephani*** no. 19. 17. 28.), *Μεσσαμβριανοὶ ἔδωκαν* (***Boeckh.*** 2053, c.), *τὸ κοινὸν] τῶν Αἰνιάνων ἔδωκε* (***Leake*** 19.), quo magis insolitum est *οἱ Ὑπαταῖοι ἔδοσαν* (***Leake*** 18.); altera amplior, quae *ἔδοξε* vel *δεδόχθαι* continet; in titulis huius formae aut legitur *ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ* (veluti C. I. no. 90. 2353. al.), *ἔδ. τᾷ βουλᾷ κ. τ. δάμῳ* (2053, b.), *ἔδ. τῇ συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Μελιταίων* (***Gruter*** p. 400.) *ἔ. τῇ ἁλιᾷ καθὰ καὶ τᾷ συγκλήτῳ* (tit. Agrig. ap. ***eund.*** p. 401.), aut solum *ἔδοξε τᾷ πόλει* (in decret. Geronthrit. C. I. 1334., in Chaliensi 1567, in duobus Lamiensib. ap. ***Stephani*** no. 16. 17., in Delphico ap. ***Curt.*** no. 46.), *ἔ. τῷ κοινῷ τῶν Λακεδαιμονίων* (C. I. 1535.), *ἔ. τῷ δάμῳ* (Orchom. 1564.), *ἔ. τῇ ἁλιᾷ* (Corcyr. 1841 sq.), *δεδόχθαι τᾷ πόλει* (Delphic. ap. ***Ross.*** 67.), *δεδόχθη τῦ δάμυ* (Tanagr. 1562 sq.) [98]) Cf., ut his utar, no. 1334. 1642. 1563—1566. 1793. 1841. 1844. al. Decreta, quae *ἔδωκαν* continent, memoravi supra not. 97. [99]) Fit hoc brevissime in titulo Delphico apud ***Curt.*** 64. *εὐεργέτᾳ ἐόντι*, in Thaumacensibus C. I. 1772 sq. *ὄντι εὐεργέτᾳ αὐτᾶς*, in Cymaeo 3523 *εὐεργέταισι ἐόντεσσι*, in reliquis titulis in hunc fere modum: *ἐπειδὴ — εὐεργέτης ἐγένετο τοῦ ἱεροῦ καὶ τᾶς πόλιος, τὰ δίκαια πράσσων* (Delphic. titul. ap. ***Curt.*** 46.), *ἐπειδὴ ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἐρετρίεων* (C. I. 2144, b.) *ἐ. ἀ. ἀ. ἐ. περί τε τὸ ἱερὸν καὶ τὴν πόλιν τῶν Δηλίων καὶ χρείας διατελεῖ παρεχόμενος Δηλίων τοῖς ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ* (ib. 2267.), — *ἐ. ἀ. ἀ. ἐ. π. τ. ἱερὸν καὶ τὸν δῆμον τῶν Δηλ. κ. χ. παρέχεται καὶ κοινῇ τῇ πόλει καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐντυγχαν. αὐτῷ τῶν πολιτῶν* (2268.), *ἐ. ἀγαθός ἐστι καὶ εὔνους τῷ δήμῳ καὶ διατ. χρείας παρεχ. καὶ κοινῇ τ. π. καὶ ἰδίᾳ* (s. *καθ' ἰδίαν* 2322.) *τοῖς ἐντυγχ. αὐτ.* (tit. Ten.), *ἐ. ἀγαθοί εἰσι περὶ τ. πόλιν τῶν Ἰασέων [καὶ ἰδίᾳ καὶ] κοινῇ περὶ πάντας τοὺς πολίτας* (C. I. 2674.), *ἀγ. — Ἰασέων καὶ πολλοῖς τῶν πολιτῶν [προ]θύμως χρείας παρέσχηται* (2675, b.), *δι' ἅπαντος εὔνους ὑπάρχων, τοῖς δὲ δημοσίοις ἡμῶν πράγμασι καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν παραίτιος ἀγαθοῦ πολλάκις γεγένηται* (titul. Melitens. ap. ***Gruter.*** p. 400.), *πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρεισχῆσθαι τῷ ἁμῷ δήμῳ καὶ μεγάλων ἀγαθῶν παραίτιον γεγόνειν* (tit. Agrig. ap. ***Gruter.*** p. 401.), et sic in aliorum titulorum prooemiis commemoratur eum, qui *προξενίᾳ* ornetur, aut *εὔνουν καὶ εὔχρηστον* (Chaliens. tit. 1567.), aut *φιλόξενον καὶ*

talem esse. Nonnumquam honoris eius deferendi specialis erat ratio eaque in decretis aut sola commemoratur aut additur generalibus; ita Athenienses Phanocrito Pariano proxeniam dederunt, quod hostilis classis adventum ipsis nunciasset, Apolloniatae autem alicui viro, quod nescio quid Methonen misisset [100]. Ex fragmento, quod supra attulimus Hyperidiae orationis contra Demadem, apparet faciendo dicendoque, quae aut e re essent reipublicae eiusve sociis aut in perniciem hostium eius verterentur, sepeliendo corpora caesorum in proeliis civium, redimendis captivis multos proxeniam Atheniensium meruisse. Quo tempore Athenienses sociis superbe imperabant, dederint illi in sociorum civitatibus proxeniam non paucis, per quos eas civitates in fide et societate retinerent [101]; nonnumquam etiam dederit hospitium civitas iis, quorum bonam erga se voluntatem non iam experta esset, sed incendere vellet; ita Athenienses Abderiten Nymphodorum, cum antea hostis esset, nihilominus proxenum fecerunt, ut sibi Sitalcis reguli Thracum societatem conciliaret, apud quem ille gratia florebat et soror in matrimonio erat [102]. Contra Atheniensium socii tributarii cum caussas capitales omnesque graviores controversias ad iudicium et forum Atticum deferre coacti essent, multis Atheniensibus eo nomine detulerint proxeniam, quod vel apud populum in tributorum nova descriptione se levassent, vel civibus suis in caussis forensibus adfuissent. Saepe praemii caussa dabatur hospitium publicum [103] *μεταπέμπτοις* s. *ἐξαποσταλεῖσι δικασταῖς* (id est peregrinis iudicibus, quos civitas altera alteri petenti rogantique misisset ad disceptandas iudicandasque caussas, quae apud se multae in controversia versarentur neque ab civibus iudicibus propter civium discordiam ex aequo et bono decerni posse viderentur), si quidem vel delatas ad se caussas bene expedivissent vel litigantes reconciliassent. Metrodorum medicum Ilienses proxenia donarunt, quod Antiochi regis vulnus in proelio acceptum sanasset [104]. Non raro poetis sophistisque et artificibus peregrinis proxenia praemio ab iis dabatur civitatibus, quas suis carminibus vel orationibus vel artis operibus ornassent; ita Athenienses Pindarum hospitio donarunt publico, quod Athenas „columen Graeciae" (*ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος*) dixisset [105]; eidem poetae credibile est Achaeorum Magnae Graeciae fuisse proxeniam [106], fortasse quod Achaei alicuius victoriam celebrasset carmine. Vana autem videtur Disseni coniectura Pindarum suspicati hospitia gratuita *per omnem Graeciam* habuisse, „qualia ab Amphictyonibus Polygnoto decreta esse Plinius testetur" [107]. Plinii verba haec sunt: „Amphictyones, quod est publicum Graeciae concilium, hospitia ei gratuita decrevere." Haec vero non eam vim habent quasi vero per omnem Graeciam ab Amphictyonibus decreta Polygnoto hospitia sint, quae per eam, quae ipsorum erat potestas, ne poterant quidem ab iis decerni, sed illud unum significant, proxeniam Amphictyonicam Polygnoto concessam esse, qualis decreto quodam

---

εὔνουν (tit. Mesambr. 2053, b.) perpetuo esse, aut *ἐκτενῆ καὶ εὔνουν ὑπάρχειν*, aut *εὔνουν καὶ πρόθυμον ἑαυτὸν τῷ δήμῳ διατελεῖν [παρεχόμενον] καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ τῶν πολειτῶν συμπαρίστασθαι σπουδῆς οὐθὲν ἐπιλείποντα ἐν πᾶσι τοῖς ἀξιουμένοις* (C. I. 2056.) [100]) C. I. no. 84, 90. [101]) *Thuc.* III, 2. [102]) *Thuc.* II, 29. [103]) Cf. decretá Minoetarum Amorgi, Calymniorum, incertae Aeolicae civitatis et Peltenorum Phrygiae in C. I. Gr. 2264, l. 2671. 3641. 3568. [104]) C. I. 3596. [105]) *Isocrat.* Antid. p. 87. *Boeckh.* Prooem. in Pind. II, 2, p. 18. [106]) *Pind.* N. VII, 65. Hic enim non se metuere dicit, in Achaei viri Ionium supra mare habitantis reprehensionem ne incurreret, *προξενίᾳ πεποιθότα.* [107]) *Plin.* n. h. XXXV, 9, 35.

Amphictyonico [108]) Callicli Atheniensi est data, quod *ἱεροκηρυκεύων* sive in sacri praeconis munere apud Amphictyonum conventum administrando utilem se Amphictyonibus Graecisque praebuisset; neque vero Callicles sic proxenus est factus omnium civitatum, quae in Amphictyonum Delphicorum conventu suffragia ferendi ius habebant, sed ipsius tantum illius conventus. Pindaro igitur si vel maxime proxenia esset ab Amphictyonibus data, ne sic quidem „per omnem Graeciam" hospitia habuisset publica; sed Thebano vati illud concessum esse honoris ab nemine traditum est memoriae. — Verum redeo in viam. Lamienses [109]) igitur poetriae Smyrnaeae proxeniam dederunt, quod in carminibus quibusdam honorificam mentionem et Aetolorum fecisset et maiorum qui Lamiensibus fuissent. Iidem eundem honorem sophistae, ni fallor, detulerunt, quod in demonstrativis nonnullis orationibus urbem cum laudis significatione commemorasset. In nonnullis decretis quae commemoratur tanti honoris ratio, frivola nobis videri possit, non visa est Graecis, veluti quod Tenii [110]) proxeniam alicui dederunt propter receptam in se thearodociam Deliorum. Verum quamquam Eumeni II. Pergamenorum regi ab Rhodiis delata proxenia documento est, ne tum quidem reges eum aspernatos esse honorem, paullatim tamen, ut omnes, ita hic quoque honor vilior est factus. Id exemplis quibusdam Atticis satis erit demonstrasse; sic Lycidas Chabriae olim servus et Dionysius, qui fortasse non melioris erat conditionis, ex verberonibus postea proxeni Atheniensium nescio cuius meriti praetextu facti sunt; nam nullum eorum meritum fuisse ipsius Demosthenis rem elevantis verba demonstrant [111]); per oratores autem factum esse ut multi eiusdem farinae ad eundem pervenirent honorem, orator diserte [112]) dicit. Euthycrati Olynthio perditissimo homini Demadem rogasse ut redderetur *ἐπιτιμία* et daretur Atheniensium proxenia Suidas [113]) duobus locis narrat. Sed mireris quid omnino sit, quod Olynthium hominem Athenienses primum *ἀτιμίᾳ* notarint deinde eidem *ἐπιτιμίαν* reddiderint. Num igitur *ἀτιμία* Euthycratis non erat vulgaris, quae in civitatis iure imminuto versabatur, sed eadem, quae olim in Arthmium Zelitam rogata erat, qua cavebatur, ut impune ab quoque interfici posset [a])? Euthycrates ille non diversus videtur esse ab eo, qui postquam patriam Olynthum [114]) Philippo prodiderat, ab hoc est pessumdatus [115]), id quod non ita intellegendum esse [116]) quasi vero sit morti datus, Demadis illa rogatio probat. Paullo melioris naturae fuerint Alcimachus et Antipater, Macedones homi-

---

[108]) *Ern. Curtii* Anecd. Delph. no. 4. [109]) *Stephani* Reis. no. 15. *παραγενόμενος* . . . . . *π]όλιν δείξεις ἐποιήσα[το ἐν αἷς] τᾶς πόλιος ἀξίως ἐπέμνασ[το.* no. 17. . . . . : *ἡ δεῖνα] Ἀμύντα Σμυρναία ἀπ' Ἰω[νίας] ποιήτρια . . . . τὰμ πόλιν πλείονας σ. . . . ἐποιήσατο τῶ[ν.] . . . . ποιημάτων ἐν οἷς πε[ρί τ]ε τοῦ ἔθνεος τῶν Αἰτωλῶ[ν καὶ τ]ῶν προγόνων τοῦ δάμου ἀξίως ἐπεμνάσθη κτλ.* [110]) C. I. 2329. *ἀναδέδεκται καὶ τὴν θεαροδοκίαν τῶν Δηλίων.* [111]) *Demosth.* adv. Leptin p. 497. [112]) *Demosth.* l. c. *πρόξενοι μέντοι πολλοὶ διὰ τῶν πολιτευομένων γεγόνασι παρ' ὑμῖν τοιοῦτοι.* [113]) *Suid.* v. *Δημάδης — Εὐθυκράτη δὲ τὸν Ὀλύνθιον ἀτιμωθέντα παρὰ Ἀθηναίοις ἐψηφίσατο ἐπίτιμον εἶναι καὶ πρόξενον Ἀθηναίοις.* *Id.* v. *Πρόξενος.* — *Ὁ δὲ Εὐθυκράτη ἀτιμωθ. π. Ἀ. ἐ. ἐ. ε. κ. π. Ἀθηναίων*, id quod linguae legibus magis respondet. a) *Demosth.* Phil. III, 120, 12. [114]) *Demosth.* de f. l. 426, 2. 451, 1. *ποῖον Εὐθυκράτην, ποῖον Λασθένη, τίν' οὐχ ὑπερβαλεῖσθαι προδότην.* [115]) *Demosth.* de reb. Cherson. p. 99, 22. *Εὐθυκράτη καὶ Λασθένη τοὺς Ὀλυνθίους, οἳ δοκοῦντες οἰκειότατ' αὐτῷ διακεῖσθαι, ἐπειδὴ τὴν πόλιν προδέδωκαν, πάντων κάκιστ' ἀπολώλασιν.* [116]) *Idem* iam docuit *Kiesslingus* l. c. p. 15.

nes, quos nescio quo rogante proxenia et civitate ab Atheniensibus donatos esse Hyperides dixit oratione contra Demadem[117]). Longe meliores haud dubie erant, qui Demosthene rogante proxeni facti sunt; neque enim detrahenti de laude eius Dinarcho[118]) fidem habemus. Peregrinationibus multi, praesertim legati ad proxenias comparandas abusi esse videntur[119]). Atque haec quidem de proxeniae deferendae caussis et rationibus.

Iam hinc apparet illam antiquitus delatam non esse nisi *viris*; duo quae novimus exempla *mulierum* proxeniae honore ornatarum, labentis fortasse aetatis excusationem habent: eorum alterum in Meliorum decreto extat[120]), alterum in Lamiensi[121]) est titulo, ubi Smyrnaea quaedam poetria eo honore afficitur. Plerumque unus, nonnumquam[122]) tamen duo vel plures eodem decreto proxeni nominantur. Apud Graecos quoque hospitium publicum integris civitatibus esse datum, ut simul omnes earum cives fruerentur iuribus et honoribus proxenorum, uti Romani[123]) „cum Caeretibus hospitium publice fecerunt, quod sacra populi Romani ac sacerdotes recepissent,“ neque scio neque credo; unus qui eo referri potest locus[124]), etiam aliam patitur explicationem.

Rogationem de proxenia conferenda non aliter ad populum esse factam quam reliqua *ψηφίσματα* s. plebisscita et sua sponte certum est et dubitantem fragmenta orationis Hyperidiae c. Demadem docere possunt. Maxime vero memorabile est, quod in nonnullis[125]) decretis additus reperitur aut unus *ἔγγυος* aut plures *ἔγγυοι τῆς προξενίας*. Quorsum enim valebat ille praes? Quod Boeckhius[126]) coniecit, a civitate eum dari, qui privatim proxeno obligatus sit, si proxenia non servetur a civitate, abhorrere mihi ab similitudine veri videtur atque repugnare ipsius civitatis auctoritati; arbitror potius *ἔγγυον προξενίας* civem eum dici, qui praedem se civitati offerret, quo illi caveret peregrinum hominem non indignum esse qui proxeniae honore afficeretur; is autem praes plerumque non fuerit diversus ab rogatore et auctore decreti proxeniae. —

6. Dabatur autem proxenia in perpetuum, etsi id in paucis[127]) tantum titulis diserte

---

[117]) ap. ***Harpocr.*** v. *Ἀλκίμαχος*. *Ἀλκίμαχον καὶ Ἀντίπατρον προξένους καὶ Ἀθηναίους ἐποιησάμεθα.* Alcimachum Macedona esse Harpocratio dixit; uterque fortasse exercitui Macedonico praeerat; unde credibile est etiam ap. ***Arrian.*** I, 18, 1. id nomen restituendum esse, ubi libri inter *Ἀντίμαχον*, *Ἀλκίμαχον* et *Ἀλκύμαλον* fluctuant. [118]) ***Din.*** c. Dem. §. 45. [119]) ***Aeschin.*** de leg. sua p. 267. Demosthenem dicit sibi sociisque legationis exprobrasse, *ὡς — ἐκαθήμην ἐν Ὠρεῷ καὶ οἱ συμπρέσβεις προξενίας κατασκευαζόμενοι.* [120]) ap. ***Ross.*** p. 193. *ὁ δῆμος ὁ Μηλίων Σχρειβωνίαν Φιλωτέραν, τὰν ἑαυτοῦ πρόξενον καὶ εὐεργέτιν.* [121]) ap. ***Stephani*** Reis. no. 17. [122]) Cf., ut his utar, C. I. no. 2374, d. decret. Par., 2558. decr. Cretic., 3523. Cymaeor., imprimis autem titulum Achaeorum 1542, ubi eodem decreto ***decem*** diversarum civitatum civibus proxenia datur. [123]) ***Liv.*** V, 50. Cf. ***Niebuhr.*** II, 67. ed. 2da. [124]) ***Demosth.*** c. Mid. p. 530. §. 49sq. *οὐκ ἂν οἴεσθε δημοσίᾳ πάντας ὑμᾶς προξένους αὐτῶν ποιήσασθαι*, ubi cave ne *δημοσίᾳ* coniungas cum *ποιήσασθαι*, est enim cum *πάντ. ὑμᾶς* coniungendum. [125]) Ita in uno Thaumacensi tit. C. I. no. 1771. et in duobus Lamiensibus titulis ap. ***Stephani*** no. 16. 28. unus, in duobus autem aliis Lamiensibus no. 15. et 27. duo sunt *ἔγγυοι*, etiam in titulo Aenianensi ap. ***Leake*** trav. no. 19. supplendum est [*ἔγγ*]*υοι τᾶς προξενίας*; atque haud scio sitne in Dauliensi quoque titulo (***Ross.*** I, 82.) pro *προξενίας ογ.* rescribendum *πρ.* [*ἔ*]*γ*[*γυος*]. [126]) C. I. p. 863. [127]) Ita in titulo Lamiensi ap. ***Stephani*** no. 15. est *πρόξενον εἶμεν τᾶς πόλιος τὸν ἅπαντα χρόνον αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις*, ubi cum non liceat *προξενίαν* emendare, offensioni est dativus: in alio (no. 16.) est *ἀσφάλειαν*

additur. Neque vero proxenia tollebatur cum vita eius, cui delata esset, sed transibat ad eius posteros, idque plerumque verbo significatum est in titulis [128]); verum etiam ubi in titulo [129]) omissa est *ἐκγόνων* mentio, tamen ad posteros pertinuisse proxenia videtur. Erant igitur plerique omnes *πρόξενοι διὰ γένους* [130]). Nihilominus erat utrisque, tum proxeno eiusque posteris tum civitati, concessum ut sibi renuntiarent (*ἀπειπεῖν*) eam necessitudinem; fecit id, ut hoc utar exemplo, Alcibiades, ducis nobilissimus cognominis avus; nonnumquam oblitterata tantum fuerit proxenia temporis longinquitate; verum et renuntiatam et oblitteratam licebat utrisque renovare, id quod *ἀναλαμβάνειν* vel *ἀνανεοῦν* dicebatur [131]). Hinc fortasse explicandum est, quod in quodam [132]) Pario titulo iis qui iam erant proxeni denuo proxenia datur.

Proxenos, etiam eos, quibus aliud nihil praeter proxeniam datum esset, in ea civitate, cuius essent proxeni, si ibi habitare vellent, peregrinos quidem sed optimo iure peregrinos et vel meliore iure quam isoteleis fuisse, etiam si non diserte traderetur, esset tamen sua sponte credibile; sed primum Pollux scribit Athenis polemarchum ius etiam proxenis dixisse, id quod probat eos, nisi civitate fuerint donati, semper peregrinorum in loco esse habitos [133]); dein Lexicon Rhetoricum quoddam, si quidem recte verba eius a me emendata sunt [134]), proxenos dicit *προτιμωμένους τῶν ξένων* et diserte iis postponit *ἰσοτελεῖς*. Niebuhrius [135]) proxenis iam per ipsam proxeniam connubium et commercium denique omnia iura *ἰσοπολιτείας* fuisse statuit, quorum, ut ingenue fatear, nihil mihi probatur; quid est enim, quod in nonnullis proxeniae decretis *ἔγκτησις* et *ἰσοπολιτεία* praeterea donatur, si eadem dona iam in ipsa proxenia insunt. Neque scio exemplum *ἐπιγαμίας*, quae non civitatibus peregrinis sed singularibus peregrinis fuerit concessa. Verum praeter illud civilis conditionis statusque commodum proxenia, maxime opulentiorum civitatum, fructuosa etiam nonnumquam et quaestuosa videtur fuisse [136]); fortasse quaedam dona statis diebus ab nonnullis civitatibus mittebantur proxeno. Aliquid maius est, quod proxenus, etiamsi non ipsi *ἀσυλία* et *ἀσφάλεια* essent decreto hospitii

---

καὶ κ. γ. καὶ κ. θ. καὶ π. κ. εἰρ. καὶ αὐτῷ καὶ ἐκγ. καὶ χρήμασιν τὸν ἅπαντα χρόνον, in alio (no. 17.) *ἀσυλίαν καὶ ἀσφαλίαν κτλ. ἐν τοῖς ἅπασι [illegible]όνοις*, in Thaumacensi no. 1771. verba *ἐπὶ τὸν ἅπαντα χρόνον* adduntur post memoriam omnium, quae praeter proxeniam civitas concessit. [128]) Extat in titulis aut *καὶ αὐτὸν καὶ ἐκγόνους*, ut C. I. 87. 2147, b., aut *αὔτον καὶ ἐκγόνως*, ut Tanagr. 1562 sq. Orchom. 1564, aut *αὐτοὺς καὶ ἔκγονα*, ut in tit. Cret. 2558, aut *αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκγόνους*, ut in Attic. no. 84., aut dandi causu *αὐτῷ* (s. *αὐτοῖς*) *καὶ ἐκγόνοις*, ut in titul. Achaico 1542 et in Delphicis ap. ***Ross.*** 67. ***Boeckh.*** 1691. ***Curt.*** 46 sqq. 52 sqq. 57 sq., aut *καὶ αὐτοῖς καὶ ἐκγ.*, ut in titul. Delph. ap. ***Curt.*** 51., aut *αὕτυ καὶ [ἐς]γόνο[ις*, ut in titul. Orchom. quem ***Curtius*** edidit in Mus. Rhen.; *αὐτὸν* omittitur nonnumquam, veluti in Lacon. 1335. in Chaliensi 1567. *πρόξενον εἶμεν — καὶ ἐκγόνους αὐτοῦ*, in Melitensi ap. ***Gruter.*** p. 400. *πρόξενον εἶναι — καὶ τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ*. [129]) Veluti in titulo Delphico no. 1693., in Agrigentino ap. ***Gruter.*** p. 401., in Aenianensi ap. ***Leake*** 18, c. [130]) ***Dionys.*** H. A. R. XV, 5. *ἄνδρες ἐπιφανεῖς καὶ πρόξενοι διὰ γένους τῶν Νεαπολιτῶν*. [131]) Cf. ***Thucyd.*** V, 43. VI, 89. ***Plut.*** Alc. 14. titul. Delphic. ap. ***Curt.*** no. 64., *Δελφοὶ ἀνενέωσαν τὰν πάτριον προξενίαν*. [132]) C. I. n. 2374, d. *ἀναγράψαι δὲ αὐτούς, καθάπερ πρότερον ἦσαν, προξένους*. [133]) Cf. de lit. Attic. p. 56. [134]) Cf. supra p. 2. not. 7. [135]) ***Niebuhr.*** histor. Rom. II, 59. [136]) ***Plut.*** Cim. 14. *οὐκ Ἰώνων ἔφη προξενεῖν οὐδὲ Θεσσαλῶν πλουσίων ὄντων, ὥςπερ ἑτέρους, ἵνα θεραπεύωνται καὶ λαμβάνωσιν*.

tributae, si intecedente bello inter suam et eam civitatem, cuius proxenus esset, captivus esset factus, plerumque neque venibat in servitutem et remittebatur nullo redemptionis pretio [137]).

Verum plerumque cui proxenia, eidem etiam *ε ὐ ε ρ γ ε σ ί α* id est *εὐεργέτου* titulus et nomen conferri solebat, idque etiam in inscriptionibus verbo significatur [138]). In nonnullis titulis, ubi *εὐεργεσία* decreto non confertur, nihilominus collatam eam esse clausula [139]) probat *καὶ τὰ ἄλλα (πάντα), ὅσα (ὁπόσα) καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις (τᾶς πόλιος) δέδοται (ὑπάρχει,* vel etiam abest omne verbum). In nonnullis tamen decretis ne in clausula quidem extat *εὐεργεσίας* memoria [140]).

Sed in paucis tantum civitatibus proxeno nihil praeter proxeni et euergetae nomina dabatur [141]); in plerisque enim simul cum illis nominibus etiam alia vel honores vel beneficia et privilegia tribuebantur, de quibus iam nunc ordine dicendum est. Atque inter honores primum commemoramus *laudem* (*ἔπαινον*) *coronamque* (*στέφανον*) et *utriusque renuntiationem* [142]) *publicam per praeconem in deorum sollemnibus faciendam.* Id autem praeconium

---

[137]) ***Polyb.*** V, 95, 12. ***ἔλαβε δὲ καὶ Κλεόνικον τὸν Ναυπάκτιον, ὃς διὰ τὸ πρόξενος ὑπάρχειν τῶν Ἀχαιῶν παραυτὰ μὲν οὐκ ἐπράθη, μετὰ δέ τινα χρόνον ἀφείθη χωρὶς λύτρων.*** [138]) Veluti in Atticis titulis (ap. ***B.*** 84, 91.) *ἀναγράψαι δὲ Φανόκριτον — πρόξενον καὶ εὐεργέτην — εἶναι αὐτῷ τὴν προξενίαν καὶ τὴν εὐεργεσίαν* et in Attico titulo, qui Euclide prior est, ap. ***Schoell.*** Archaeol. Mittheil. I. p. 53.: ***Σωτίμου Ἡρακλειώτου καὶ ἐκγόνων προξένου καὶ εὐεργέτου Ἀθηναίων,*** in Laconico tit. 1334. ***πρόξενον εἶμεν καὶ εὐεργέταν,*** in Tanagr. 1562. 1563. a., in Orchomenio 1564. et ap. ***Curt.*** in Mus. Rhen. II, 107., in titulo ***κοινοῦ Βοιωτῶν*** 1565, in Oropio et Chaliensi 1566 sq., in Delphico 1693. ***εἶμεν δὲ αὐτὸν καὶ πρόξ. καὶ εὐεργέταν τοῦ ἱεροῦ καὶ τᾶς πόλιος,*** in Delphic. ap. ***Curt.*** Anecd. Delph. 48. ***ἔδωκαν — προξενίαν εὐεργεσίαν,*** in Eretriensi 2144, b., in Thasio 2161, in Delio 2267. ***εἶναι προξ. κ. εὐεργέτην τοῦ ἱεροῦ καὶ Δηλίων,*** in Amorgino 2264, l. (?) et ap. ***Ross.*** in ***Gerhardi*** Archaeol. Zeit. 1843, in Teniis 2329 sqq., in ***κοιν. νησιωτ.*** 2334., in Theraeo 2450, in Iasensi 2673, b., in Iiensi 3596, in Ciensi 3723, in Lamiensibus ap. ***Stephani*** 16. ib. 17. ***πρό . . . . τᾶς πόλιος καὶ εὐεργέτιν.*** [139]) Ea clausula in multis reperitur titulis, veluti in Achaico C. I. 1542., in plerisque Delphicis C. I. 1691. ***Ross.*** I, 67. ***Ern. Curt.*** 47—63.. 65 sq., in Corcyraeo no. 1841., in Lamiensi ap. ***Stephani*** no. 19. aliisque plurimis. In nonnullis est ***τὰ λοιπά — τοῖς λοιποῖς*** pro ***τὰ ἄλλα — τοῖς ἄλλοις,*** in nonnullis ad ***τὰ ἄλλα*** additur etiam ***τίμια καὶ φιλάνθρωπα.*** Ita C. I. 1793. est ***τὰ ἄλλα τ. κ. φ. πάντα,*** in Thaumacensi titulo ap. ***Leake*** no. 15. supplendum ***τὰ τίμια καὶ φιλάνθ[ρωπα τοῖς προξένοις καὶ εὐεργέ]ταις τῆς πόλεως ὑπάρχει.*** In Anticyrensi ap. ***Leake*** no. 96. supplendum, ***ἔγκτησιν γᾶς καὶ οἰ]κίας καὶ τἄλλα τίμ[ια, ὅσα κα]ὶ τοῖς ἄλ[λο]ις π[ροξένοις καὶ εὐερ]γέταις τᾶς πόλιος ὑπάρχ[ει.*** In Crannonio titulo ap. ***Leake*** no. 149. est ***καὶ [τὰ λοί]πα αὖτου ὑπαρχέμεν τίμια [ὅσα καὶ] τοῖς λοίποις προξένοις καὶ [εὐεργέταις.].*** [140]) Cf. Attic. in C. I. no. 87. Amphictyon. ap. ***Curt.*** 41. Mesambr. 2055, b. c. Odess. 2056. Paria 2374, c. d. Cretic. 2558. Cymaeum 3523. [141]) Veluti in Atticis titulis no. 84. 87., in Tenio 2331, in Melitensi et Agrigentino ap. ***Gruter.*** p. 400 sq. [142]) Ita in Delphico titulo C. I. 1693. est ***ἐπαινέσαι Δικαίαρχον κτλ.*** idque praecedit verba ***εἶμεν δὲ αὐτὸν καὶ πρόξενον;*** similiter in Delphicis titulis ap. ***Ross.*** I, 67. ***Ullrichsium*** Reis. p. 67., in titulo Amphictyon. ap, ***Curt.*** 41., in Deliis C. I. 2267 sq., in Thasio 2161, al.; in Tenio titulo C. I. no. 2329. praecedit ***ἐπαινέσαι τε αὐτὸν καὶ στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνῳ τῷ ἱερῷ τῷ τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀμφιτρίτης;*** (ita enim ibi scribendum esse docet C. I. no. 2270.); similiter comparatus est titulus Tenius no. 2330., nisi quod hic accedit etiam ***καὶ ἀναγορεῦσαι;*** eandem rationem sequitur etiam C. I. no. 2331, quod decretum ***τοῦ κοινοῦ τῶν νησιωτῶν*** continet. In decreto Minoetarum Amorgi no. 2264, l. est ***στεφανῶσαι δὲ αὐτοὺς χρυσῷ στεφάνῳ — ἀνακηρῦξαι δὲ καὶ τὸν στέφανον καὶ τὰς τιμὰς***

nonnumquam non in ea tantum civitate cuius ille proxenus, sed in ea quoque cuius ille civis esset, factum esse probatur eo, quod in Atheniensium theatro usu venisse Aeschines[143]) narrat, atque idem aperte in nonnullis decretis iubetur. — Dein ad honores referendum est, quod quibus proxenia dabatur, nonnumquam *in prytaneum et ad lautia* simul *vocabantur*[144]). Timoni autem Nymphodori f. Syracusano insulanorum conventus Deliacus dedit, ut ad sacra et sacrificia quaevis invitaretur[145]). — Ad idem honorum genus referendae sunt, quae erant Delphorum propriae, *θεαροδοκία* et *προμαντεία*, quarum illam simul cum proxenia ab Delphis collatam nonnumquam esse probatur quodam decreto[146]) Delphico; constitisse eam autem in iure theoros, qui Delphos missi essent, excipiendi satis constat[147]). *Προμαντείαν* autem fuisse eam in oraculo consulendo praerogativam, ut cum reliquis, qui oraculum adierint, ni fallor, sorte ordo constitueretur, quo iis consulendi oraculum potestas fieret, *προμαντείᾳ* qui esset donatus, extra ordinem et prae reliquis ad responsa petenda admitteretur, et ipsum nomen docet et grammaticorum probat explicatio[148]). Ea praerogativa ab Delphis olim Croeso Lydisque[149]) data est; eandem dein Spartanos habuisse quae his cum Apolline Delphico erat necessitudo fidem facit; quod igitur Delphi Lacedaemoniis anno fere Ol. LXXXIII, 1 virtutem eorum in templi Delphici patronatu Phocensibus eripiendo sibique restituendo remuneraturi *προμαντείαν* dedisse dicuntur[150]), erat, ni fallor, renovatio tantum et confirmatio iuris fortasse temporis longinquitate oblitterati. Illo sacri belli tempore Phocenses Atheniensibus *προμαντείαν* dederunt, cum per Athenienses illius templi patronatum accepissent, quod donum ab Delphis in possessionem templi reversis revocatum esse credibile est. Sed alio tempore ipsi Delphi idem donum Atheniensibus tribuisse videntur; nam Atheniensibus ereptam esse *προμαντείαν* et Philippo Macedoniae donatam Demosthenes[151]) docet. — Id igitur honoris non tantum civitatibus sed etiam singu-

---

τὰς ἐψηφισμένας — τοῖς τε Διονυσίοις καὶ τοῖς Ἡραίοις. In alio eorundem Minoetarum decreto, quod **Rossius** in *Gerhardi* diario Archaeol. edidit, extat: *οἱ δὲ χορηγοὶ ... ὅταν οἱ χοροὶ τῶν παίδων ἄγωνται ἐν τῷ θεάτρῳ, ἀναγορευέτωσαν διὰ τοῦ ἱεροῦ κήρυκος ὅτι ὁ δῆμος ὁ Ἀμοργίων τῶν κατοικούντων Μινῴαν ἐπαινεῖ καὶ στεφανοῖ Νικόλαον Ἀριστάρχου Ῥόδιον πρόξενον καὶ εὐεργέτην ὑπάρχοντα τοῦ δήμου χρυσῷ στεφάνῳ τῷ ἱερῷ τῷ ἐκ τοῦ νόμου κτλ.* [143]) ***Aeschin.*** c. Ctesiph. p. 432. *προξενίας τινὲς εὑρημένοι ἐν ταῖς ἔξω πόλεσι διεπράττοντο ἀναγορεύεσθαι, ὅτι στεφανοῖ αὐτοὺς ὁ δῆμος, εἰ οὕτω τύχοι, ὁ τῶν Ῥοδίων ἢ Χίων ἢ καὶ ἄλλης τινὸς πόλεως ἕνεκα ἀρετῆς καὶ ἀνδραγαθίας.* [144]) Ita in Attico decreto no. 84. iubetur *καλέσαι ἐπὶ ξένια εἰς τὸ πρυτανεῖον,* in Delphico ap. ***Ullrichsium*** Reis. I, 67. est *καλέσαι δ' αὐτὸν καὶ ἐν τὸ πρυτανεῖον ἐπὶ [τὰν] κοινὰν ἑστίαν.* [145]) C. I. no. 2334. *καλέσαι δ' αὐτὸν καὶ ἐπὶ τὰ ἱερὰ καὶ θυσίαν πᾶσαν ἣν συντελοῦσιν οἱ σύνεδροι τοῖς θεοῖς κτλ.* [146]) apud ***Curt.*** no. 64. *ἀνενέωσαν τὰν πάτριον προξενίαν καὶ θεαροδοκίαν Τελεσίᾳ Στράτωνος Οἰσυμαίῳ καὶ ἔδωκαν αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις προξενίαν θεαροδοκίαν.* Haec ***Curtius*** p. 54. minus recte intellexit; quod iuberi eo decreto *θεαροδοκίαν* scribit cum proxenia *a patre* Stratone in filium Telesiam *transire*; neque enim *πάτριος* est patris sed maiorum. [147]) Cf. quae in comment. de sacr. Graec. legat. p. XIV. scripsi. [148]) ***Lex. Rhet.*** 289, 18. *προμάντειά ἐστι τὸ πρῶτον ἄλλων ἁπάντων χρῆσθαι τῷ ἐν Δελφοῖς μαντείῳ, καὶ προεδρία τοῦτο.* Pro novissimis ***Photius***, qui ceteroquin cum illo conspirat, habet: *ἦν δὲ προεδρία τὸ αὐτό,* unde probabile est etiam Lexico Rhetorico esse *τὸ αὐτό* pro *τοῦτο* reddendum. Verum nisi voluerunt grammatici illi significare similis fere generis esse et *προμαντείαν* et *προεδρίαν*, prorsus non video quorsum ea pertineant. [149]) ***Herod.*** I, 54. [150]) ***Plutarch.*** Pericl. 21. [151]) ***Demosth.*** Phil. III, p. 119, 16. de f. l. p. 446, 1.

latim peregrinis bene meritis et imprimis proxenis tribuebatur ab Delphis. In hospitii decretis *προμαντεία* commemoratur plerumque post *προξενίαν* et ante *προεδρίαν* [152]).

Verum honorum una cum proxenia collatorum nullius frequentior fit mentio in titulis quam *προεδρίας*. Haec plerumque [153]) uno eo vocabulo significatur; nonnumquam [154]) adduntur verba *ἐν τοῖς ἀγῶσι*, vel [155]) *ἐν τοῖς ἀγῶσι πᾶσι*, vel [156]) *ἐν τοῖς ἀγῶσιν οἷς ἡ πόλις συντελεῖ*, vel inverso ordine *οἷς συντελ. ἡ π.*, vel [157]) *ἐν πᾶσιν τοῖς ἀγώνοις οἷς ἁ πόλις συντελεῖ* s. *τίθητι* vel [158]) *ἐμ πᾶσιν τοῖς ἀγῶσιν οἷς τιθέασιν οἱ Ἀμφικτύονες*, vel [159]) *ἐμ πάντεσσι τοῖς ἀγώνεσσιν ὄις ἁ πόλις ἄγει*. Sed etiam ubi haec non addita sunt, cui *προεδρία* dabatur, ei in *omnibus* ludis, quos civitas instituebat, nobilior erat spectandi locus. — Atque haec quidem de honoribus. —

7. Transeo ad privilegia, initium autem facio ab eo, quo qui erat donatus, ei *senatus et concio, quotiens ipsi aliquid apud senatum populumve agendum postulandumque esset, statim post peractas res sacras dabatur.* Id privilegium reperitur in titulis [159a]) Mesambriae, Odessi, Eretriae, Minoetarum Amorgi, Deli, Teni, Siphni, Pari, Sicini, Calymniorum, Iliensium, incertae Aeolicae civitatis et aliarum urbium; et plerumque [160]) quidem postremo loco post reliquorum honorum et privilegiorum memoriam in titulis ponitur; nonnumquam [161]) id unicum est, quod proxeno praeter proxeniam datur. Significatur autem illud verbis *πρόςοδον πρός τε* (s. solum *πρὸς*) *τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον ἐάν του δέηται* (s. *δέωνται*) *πρώτῳ* (*πρώταις*) *μετὰ τὰ ἱερά*, in doricis decretis est *πόθοδον ποτὶ τὰμ βωλὰγ* (s. *βολλὰγ*) *κ. τ. δᾶμον ἐάν του δείηται πράτῳ* (s. *πράτοις*) *μ. τ. ἱ.* In titulis Mesambriae, Odessi, Iliensium et incertae Aeolicae civitatis pro *πρόςοδον πρός* dicitur *ἔφοδον ἐπὶ τὴν βουλήν*, in uno [162]) pro *πρώτῳ μετὰ τὰ ἱερά* leguntur verba: *μετὰ τὸγ χρηματισμὸν τὸμ περὶ τῶν ἱρῶν*; in nonnullis [163]) plane desideratur hoc *πρ. μετὰ τὰ ἱερά*; ab nonnullis [164]) abest illud *ἐάν του δέηται*. Neque vero ubi horum vel alterutrum vel utrumque abest, aliter accipiendum est id privilegium, quam ubi adsunt; neque enim, cui non opus esset aditu ad senatum populumque, eos adierit, atque de rebus sacris quotiens erat cum senatu populoque agendum, semper ante omnes profanas res erat agendum. Singulare est, quod in titulo Calymniorum extat *πόθο-*

---

[152]) In uno titulo ap. ***Curt.*** no. 48. ordo est: *προξενίαν εὐεργεσίαν προμαντ. προεδρίαν*, in titulis C. I. no. 1693. B. et ap. ***Ross.*** I, 67. et ***Ullrichs.*** I, 67. ordo est: *προξ. προμαντ. προδικίαν.* [153]) Cf. Delph. decr. ap. ***Curt.*** 47 sq.; 51 — 55. 57 — 66. ap. ***Boeckh.*** 1691., atque in his quidem legitur post *προμαντείαν* et ante *προδικίαν*, 1692. autem inter *ἀσυλίαν* et *προδικίαν*, Paria decr. 2374, c. d., ubi etiam ante *δίκας προδίκους* ponitur, Cyman. 3523. Odess. 2056. Mesambr. 2053, c. [154]) Cf. titul. Iasens. 2675, a. Del. 2268. [155]) Iasens. 2676. 2677, a. 2678. [156]) Cf. titul. Ten. 2329 sq. Syr. 2347, c. [157]) Cf. Delphic. titul. 1693. ***Ross.*** 67.; idem reddendum titulo apud ***Ulrichs.*** I, 64. [158]) ***Curt.*** 41. ***Leake*** no. 99. [159]) Delph. titu[illegible] ***Curt.*** 46. [159a]) Cf. C. I. 2053, b. 2056. 2144, b. 2264, I. et ***Ross.*** in ***Gerhardi*** Archaeol. Zeit. 1843. C. I. 2267 sq. 2329 sq. 2347, c. 2374, c. d. 2447, b. 2671. 3596. 3641. [160]) In Delio tantum titulo no. 2267. ante *προεδρίαν*, in Iliensi 3596. ante *ἐξεῖναι ἐγγράφεσθαι πρὸς τὴν φυλὴν κτλ.*. reperitur. [161]) Veluti in Eretriensi titulo 2144, b. et in titulo Minoetarum Amorgi qui in ***Gerhardi*** Archaeol. Zeit. extat. [162]) C. I. no. 3640. [163]) Veluti in uno Teniorum no. 2329., nam adest in reliquis Teniis. [164]) Veluti ab 2053, b. 2056. 2144, b. 2267 sq. 2329. 3641. 3596.

cium esset datum, ei licebat fundos domosque non aliter atque civi possidere et in bonis habere, pignori accipere, emere vendere, quorum nihil reliquis peregrinis concessum erat. Id vero mirere, quod in nonnullis[174]) decretis, in quibus etiam est *πολιτείας* donum, nihilominus insuper *ἔγκτησις* datur, etsi in *πολιτείᾳ* iam inest *ἔγκτησις*. —

Illi propinqua est *ἐπινομία*, quae donatur proxenis in decretis[175]) Thaumacensibus et Lamiensibus atque in Hypatensi et Laconico. Est autem[176]) *ἐπινομία* „ius pascui;" cui igitur data erat *ἐπινομία*, ei peregrino pascuorum publicorum usus eadem lege concessus erat, qua permissus erat civi; hic igitur si debebat pecus, quod pasceret, apud publicanum profiteri atque eius pecoris nomine scripturam pendere, idem erat ei quoque faciendum, cui esset *ἐπινομία* data; sed non credo in illis civitatibus, in quarum decretis proxenos videmus *ἐπινομίᾳ* auctos, scripturam ab civibus exactam esse.

Non frequentius quam *ἐπινομία* cum proxeniae munere coniunctum fuisse videtur *ἰσοτελείας* donum; repperi enim tantum *Ϝισοτελίαν* in titulis Tanagraeis, *ἰσοτέλειαν* in tribus Lamiensibus[177]), dein *ἰσοτέλειαν πάντων καὶ πολέμου καὶ εἰράνας ἀσυλεὶ καὶ ἀσπονδεὶ* in uno titulo Mesambriae[178]), denique *ἰσοτέλειαν πάντων χρημάτων* in altero titulo[179]) Mesambriae. Est autem simillimum veri non aliam fuisse *ἰσοτέλειαν* in reliquis Graecis civitatibus quam quae esset Athenis; hic vero in eo versabatur, quod ab peregrino, cui data esset, non alia tributa et vectigalia exigebantur quam ab cive; erat igitur ille immunis praesertim ab *μετοικίῳ* sive ab inquilinorum tributo et ab vectigali artium si quam artem factitabat; neque aut in encycliis liturgiis aut in *εἰςφορᾷ* s. in tributo isoteles severitatem inquilini, sed indulgentiam civibus concessam experiebatur; huc accedebat, quod neque ministeria illa minus honorifica, quae in Panathenaeorum pompa inquilinis subeunda erant, isoteli imponebantur, neque ab eo postulabatur, quod ab inquilinis, ut patrono s. *προστάτῃ* cive uteretur quotiens ipsi apud magistratus vel apud iudices Atticos aliquid agendum esset. Quod autem Harpocratio[180]) Theophrastum auctor est in legibus id scriptum reliquisse, *ὡς ἐνιαχοῦ καὶ πόλεσιν ὅλαις ἐψηφίζοντο τὴν ἰσοτέλειαν*[181]) *Ἀθηναῖοι, ὥςπερ Ὀλυνθίοις τε καὶ Θηβαίοις*, nonnumquam non singularibus peregrinis sed universis civitatibus id datum muneris esse, sic accipiendum est, ut civitatium, quae eo essent donatae munere, omnibus civibus, qui Athenas sedem domiciliumque transferre vellent, id esset privilegium, ut non alia vectigalia penderent quam cives. Id igitur nullam habet difficultatem. Quid vero est, quod Suidas et Photius in fine enarrationis suae addunt: *ὁ δὲ ἰσοτελὴς ὡρισμένον τι τέλος ἐδίδου*, cuius loco Harpocratio habet: *ἔστι δὲ μαθεῖν ἐκ τοῦ προγεγραμμένου Ἰσαίου λόγου καὶ ὅσα ἐτέλει ὁ ἰσοτελής*? Si enim illud definitum *τέλος* non erat simul civibus impositum, qua in re versata esset *ἰσότης τέλους*? Itaque eo sententia mea inclinat, ut arbitrer illos grammaticos eodem errore, quem

---

[174]) Veluti in Lamiensibus no. 16. 17., in Anticyrano, in Tenio no. 2330. [175]) Cf. C. I. 1771 sqq. 1335. *Stephani* Reisen no. 15. 16. 18. [176]) Disseruit de ea *Boeckhius* C. I. Gr. I, p. 745, b. II, p. 415, a. [177]) *Stephani* Reisen no. 15. 19. 28., nam in tribus aliis Lamiensibus no. 16. 17. 27. non commemoratur, itaque ne ab Lamiensibus quidem semper isotelia proxenis tribuebatur. [178]) C. I. no. 2053, b. [179]) C. I. 2053, c. [180]) v. *ἰσοτελής*. [181]) Ita enim cum Bekkero scribendum est pro *ἀτέλειαν*, quod in libris Harpocrationis et apud reliquos lexicographos extat.

Boeckhius[182]) in Polluce[183]) notaverit, qui *ἀναλίσκειν εἰς τὸ δημόσιον* pro *τίμημα ἔχειν* dixerit, ductos. *τέλος διδόναι* pro *τίμημα ἔχειν* dixisse; crediderim igitur isotelesi statim cum isotelia essent donati, *τίμημα* s. censum quendam consitutum esse, ex quo ipsis in *εἰςφοραῖς*, quotiens *εἰςφορά* exigeretur, conferendum esset; quo igitur in civibus *τέλος* illud *πεντακοσιομεδίμνων* et reliquarum trium classium Solonis, eodem *τέλος* id isotelum spectaverit. Atque haec quidem de vectigalium aequalitate. — Isotelesi iam per ipsam isoteliam licuisse domos fundosque possidere statuit Boeckhius et statuunt nunc plerique omnes, ego aliter sentio, neque qui *ἰσοτελεῖς* Athenis domos possiderent, eas per isoteliam sed per *ἔγκτησιν*, quae praeterea ipsis donata fuerit, arbitror possedisse. Certe in *ἰσοτελείας* verbo nihil inest, quo etiam ad commercium pertinuisse illud probetur. —

Longe maius beneficium est *ἀτελείας* sive *immunitatis*. Id quam raro ab Atheniensibus[184]) concessum sit proxenis satis apparet ex Demosthenis adversus Leptinem oratione; in hac enim frui dicit immunitate illa ex civibus quinque vel sex, *ex peregrinis autem ad summum decem*; neque enim dubitare licet, quin bona fide Demosthenes ea dixerit. Illi vero ne erant quidem omnes proxeni; nam nonnumquam dabatur *ἀτέλεια* peregrinis ita, ut nullum aliud, nonnumquam, id quod Leuconis Bosporani regis exemplum docet[185]), ita, ut civitatis donum adiiceretur; itaque certe ea aetate vix quinque ab Atheniensibus simul cum proxenia fuerint immunitatem consecuti; aperte enim orator[186]) dicit „aliud est proxenum esse et aliud est immunitatem esse nactum;" „ad nullum proxenorum suapte sponte sed sic demum immunitatem pertinere, si cui populus nominatim concessisset"[187]). Eam autem *ἀτέλειαν* apud Athenienses immunitatem fuisse *λειτουργιῶν* tantum sive ordinariorum munerum, non autem *εἰςφορᾶς*, non aliorum vectigalium eidem oratori[188]) locupleti testi credendum est: latius tamen Athenis quoque patuisse arbitror *ἀτέλειαν ἁπάντων*, quae nonnumquam proxenis concedebatur, veluti Archebio et Heraclidi Byzantiis[189]), qui Thrasybulo in urbem recepto Athenienses Hellesponti dominos constituissent. Tantum de Athenis. — Quod autem ad reliquas civitates, in nonnullis proxeniae decretis reperitur aut *ἀτέλεια* uno[190]) hoc vocabulo significata aut[191]) *ἀτέλεια πάντων* aut[192]) *ἀτέλεια πάντων ὧν ἡ πόλις κυρία ἐστίν* aut[193]) *ἀτέλεια ὧν ἂν εἰςάγωσι καὶ ἐξάγωσι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν καὶ ἐν πολέμῳ καὶ ἐν εἰράνᾳ*, aut denique, ut in decreto Odessi (C. I. No. 2056) est, *ἀτέλ. χρημάτων πάντων ὧν ἂν εἰςάγωσι καὶ ἐξάγωσιν ἐπὶ κτήσει.* De his igitur ita

---

[182]) Oecon. Civ. Ath. II, p. 38 sq. [183]) *Poll.* VIII, 130. [184]) *Demosth.* adv. Lept. p. 463. [185]) *Id.* p. 494. [186]) ibid. p. 497, 5 *ἕτερον πρόξενον ἔστ' εἶναι καὶ ἀτέλειαν εὑρῆσθαι.* [187]) ib. 17 *οὐθ' οὗτος οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς πρόξενος ὢν ἀτελὴς ὅτῳ μὴ διαῤῥήδην ἀτέλειαν ἔδωκεν ὁ δῆμος.* [188]) *Dem.* l. c. p. 464, extr. [189]) *Dem.* l. c. p. 475, 10 *ἐψηφίσασθε — προξενίαν εὐεργεσίαν ἀτέλειαν ἁπάντων.* [190]) Veluti in decreto Achaeorum 1542, in uno decreto Lamiensi no. 27. ap. *Stephani* — nam in reliquis Lamiensibus eius loco est *ἰσοτέλεια*, — in decreto Amphictyonico ap. *Curt.* Anecd. Delph. no. 41., in uno Orchomenio decreto ap. *Boeckh.* C. I. Gr. no. 1564 — nam in altero, quod *Curtius* in Mus. Rhen. II, 107 edidit, non extat, — in uno Pario C. I. Gr. no. 2374, d. — in altero enim no. 2374, c. non reperitur —; in uno Deliaco est 2267 *ἀτέλεια ἐν Δήλῳ*; ab reliquis enim Deliacis abest. [191]) Ita in decretis Delphicis no. 1691, in *Curt.* Anecd. no. 47 sqq., ap. *Ross.* I, 67., ap. *Ulrichs.* I, 67. [192]) Ita in Iasensi 2673, b; idem fere est in Iasensi 2676, nisi quod ab hoc abest *πάντων.* [193]) Ita in Cretensi

sentio, ut sola *ἀτελείας* voce ordinariarum liturgiarum, *ἀτελείᾳ πάντων* et liturgiarum et portoriorum, *ἀ. π. ὧν ἡ π. κυρία ἐστίν* eorum tantum vectigalium, quae in fiscum civitatis redirent significari immunitatem arbitrer (exceptis igitur iis vectigalibus, quae alii pendenda essent, veluti regi, satrapae vel dominanti urbi, si civitas alienae urbis potestati subiecta erat; nam quid re vera fuerit nescio); contra vero *ἀτέλεια ὧν ἂν εἰςάγωσι κτλ.* est sola portorii immunitas, quae additis verbis *ἐπὶ κτήσει* etiam arctioribus circumscribitur finibus; nam ea est earum modo rerum, quas quis non mercaturae faciendae causa sed proprios in usus intulerit vel extulerit.

In quattuor tantum proxeniae decretis[194]) hucusque repperi *ἰσοπολιτείαν* proxenis concessam. Hanc Boeckhius [195]) ab *ἰσοτελείᾳ* aut nihil aut non multum differre dicit nec confundendam esse cum *πολιτείᾳ*, sed eam habere vim, ut peregrinus pari fere cum civibus fruatur iure, non tamen civis sit; Schoemannus [196]) contra eius hanc esse vim statuit, ut qui ea esset praeditus, continuo civis fieret, si in eam civitatem immigrasset, ab qua *ἰσοπολιτείαν* accepisset, et ne suffragii quidem iure esset exclusus. Ego mitto nunc *ἰσοπολιτείαν*, quam sibi nonnumquam graecae civitates impertiebant, ut Hierapytnii et Priansii [197]), mitto etiam magis eam *ἰσοπολιτείαν*, quam Dionysius Halicarnassensis Romanos scribit Latinis [198]) tribuisse, sed de ea tantum loquor, quae sit uni alterique peregrino, quae sit proxenis concessa. Hanc igitur cognatam fuisse *ἰσοτελείᾳ* et *πολιτείᾳ*, differre tamen ab utraque arbitror, ita quidem ut illa praestantior, hac minor fuerit; erat enim, ni fallor, *ἰσοπολίτῃ* si non migrasset in eam civitatem, quae ipsum hoc dono ornasset, certe cum civibus eius connubium; si migrasset, idem fere ius, quod civibus *ἀτίμοις*, qui cives quidem erant neque tamen optimo iure.

Brevioribus licet esse in *πολιτείᾳ* s. *in civitate*, quam proxenis concessisse nonnumquam Lamienses, Heracleotas, Anticyrenses, Mesambrianos, Odessitas, Minoetas Amorgi, Tenios, Carthaeenses, Gortynios, Iasenses, Ilienses, Cymaeos probatur inscriptionibus[199]); in Iasensibus titulis (no. 2676. 2678.) additur *μετέχοντι πάντων, ὧν καὶ οἱ λοιποὶ (ἄλλοι) πολῖται (Ἰασεῖς) μετέχουσι*; similiter in Carthaeensi (C. I. no. 2353.) *εἶναι δὲ αὐτῷ πολιτείαν ἐγ Καρθαίᾳ καὶ τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ μετέχουσι π. ὧν καὶ οἱ ἄλλοι πολῖται*; in nonnullis [200]) titulis id etiam tribuitur proxeno, ut ei liceat adscribi phratriae tribuique cui ipse velit. Singulare est tum illud quod in titulo Minoetarum Amorgi Nicolao Aristarchi filio Rhodio proxeno tribuitur: *ὑπάρχειν δὲ αὐτῷ τε καὶ ἐκγόνοις πολιτείαν καὶ ἐκκλησίαν* i. e. ius suffragio-

---

decreto no. 2558. [194]) In Chaliensi 1567, in duobus Thaumacensibus 1772 sq., et in Cretensi 2558. [195]) C. I. I. p. 732. [196]) A. I. P. Gr. p. 377. [197]) C. I. 2656. [198]) De hac ***Niebuhr.*** hist. Rom. II, 56 sqq., quem ***Walterus*** sequitur (hist. iur. Rom. p. 59 sq.), multa praeclare scripsit, neque tamen me in omnibus habet assentientem. [199]) Cf. Lamienses titulos ap. ***Stephani*** no. 15. 16. (ubi interponitur *τὸν πάντα χρόνον*) 16. 19. 27. (?) 28; titul. Heracl. ap. ***Steph.*** no. 33; titul. Anticyr. apud ***Leake*** no. 96., ubi est *πολι[τεί]αν*; titulum Minoetarum ab ***Rossio*** editum in ***Gerhardi*** Archaeol. Zeit. 1843. Reliquos vid. in C. I. 2053, b. 2056. 2330. 2353. 2560. *Φιλόξενος — Κυρηναῖος Γορτυνιέων πρόξενος καὶ πολίτας αὐτὸς καὶ ἔκγονοι.* 2673, b. 2676. 2678. [200]) Veluti in Tenio C. I. no. 2330 et in Iliensi 3595 *καὶ πρὸς φυλὴν καὶ φρατρίαν προσγραφῆναι, ὁποίαν ἂμ βούλωνται.*

rum in concione, tum quod in Cymaeo titulo no. 3523. est: *Κυμαίοις ἔμμεναι καὶ αὐτοῖς καὶ τοῖς ἐκγόνοις ᾿εντίμοις εὐθέως*, ubi *Κυμαίοις* accusativum esse Boeckhius docuit, *εὐθέως* est i. q. *εὐθὺ* plane, denique *ἐντίμοις* aliquid maius et illustrius indicare videtur; eo enim verbo dabatur illis, ni fallor, ut eundem fere in republica locum haberent, quem apud Lacedaemonios *ὅμοιοι* tenebant. Non eundem eximium civitatis locum, qui *ἐντίμοις* verbo, etiam *ἰσοτιμίας* et *ἐπιτιμᾶς* vocabulis significari arbitror; immo *ἰσοτιμία* [201]) indicare videtur conditionem quae ad *ἰσοπολιτείαν* proxime accedebat [202]); *ἐπιτιμὰν* autem *καθάπερ Δελφοῖς*, quod in duobus Delphicis proxeniae decretis reperitur [203]), cum Boeckhio statuo non esse aliud quam *ἐπιτιμίαν*. Quae si vere disputata sunt, hoc ordine se exceperint civium et peregrinorum status: I. cives 1) *ἔντιμοι* s. *ὅμοιοι*. 2) *ἐπίτιμοι*. 3) *πολῖται*. II. peregrini: 1) *ἰσοπολῖται*. 2) *ἰσότιμοι*. 3) *πρόξενοι*. 4) *ἰσοτελεῖς*. 5) *μέτοικοι*. Sed redeo ad civitatis ius. Etenim non ab illis tantum civitatibus sed etiam ab Atheniensibus nonnumquam cum proxenia civitas concedebatur, id quod satis duobus [a]) locis probatur.

Ea igitur erant privilegia et honores, quorum alia ab aliis civitatibus *una cum proxenia* proxenis concedebantur; simul enim omnia ab nulla concessa sunt civitate. Ab illis autem distinguenda sunt quae dona et iura iis tribuebantur nonnumquam, *postquam iam per aliquod tempus proxeni fuissent*, atque in ea proxenia denuo bene meruissent de civitate, cuius essent proxeni. Ita decreto [204]) Syriorum Onesandro Siphnio proxeno corona eiusque renuntiatio, ab Thasiis [205]) autem Polyarato et ab Carthaeis [b]) attico proxeno civitas, ab Pariis [c]) proxeno bene merito iterum proxenia decernitur; atque haud scio sitne eodem referendus titulus Anaphaeus (2477, b.). Plane autem singulare est, quod ex Corcyraeo [206]) quodam titulo apparet, emisse nonnumquam civitates proxenis agros domosque, ni fallor, eo consilio ut si ad urbem deverterentur proxeni, ea haberent hospitii publici loco.

8. Tantum de honoribus et privilegiis proxenorum. Decreta autem ipsa proxeniae plerumque in columnis lapideis, praesertim lapidis candidi scribebantur [207]) aut singula in

---

[201]) Haec in decreto Crannonio (ap. **Leake** 149, b. *ἀσυλίαν καὶ ἰσοτιμίαν*) proxeno conceditur. [202]) Cf. **Niebuhr.** H. R. II, 60. [203]) Cf. C. I. ap. **Boeckh.** 1692 et **Curtium** 46. a) **Dinarchus** (c. Dem. §. 45.) de Demosthene dicit: *ὅσους οὗτος γέγραφε προξένους εἶναι καὶ Ἀθηναίους*, Hyperides autem (c. Demad. ap. **Harp.** v. *Ἀλκίμαχος*) haec habet: *Ἀλκίμαχον καὶ Ἀντίπατρον Ἀθηναίους καὶ προξένους ἐποιησάμεθα*. [204]) C. I. no. 2347. [205]) C. I. no. 2161. *πρόξενος ὢν καὶ εὐεργέτης τῆς πόλεως ἀνὴρ ἀγαθὸς γεγένηται περὶ τὴν πόλιν τῶν Θασίων*. b) C. I. 2353. c) Ib. 2374, d. [206]) C. I. no. 1840. In hoc enim post versiculos *τάδε ἐμπρίατο* (i. e. *ἐπρ.*) *ἁ πόλις τοῖς προξένοις καρπεύειν, ὅσα ἐπιτάδειοι ὄντι* enumerantur septem proxeni, quorum duo Phaestii, reliqui sunt Cnossius, Tylesius, Antandrius (?), Sciptas, Delphus et Arcas. Quod uni Sciptiae additum est „*εὐεργέτᾳ*“ duplicem habet explicatum; etenim aut hic solus erat *πρόξενος καὶ εὐεργέτας*, reliqui tantum *πρόξενοι*, aut hic *εὐεργέτας* quidem erat, *πρόξενος* non erat, cum reliqui *εὐεργέται καὶ πρόξενοι* fuerint; mihi prior ratio placet. Singulis autem proxenorum nominibus adduntur fundi cum mensura et situ; fundi vero enumerantur triplicis generis: partim enim sunt domus, partim vineae, partim agri arboribus non consiti. Emit igitur civitas eos fundos „proxenis,“ id est proxenorum caussa, non ut his dominium cederet, sed ut usus fructus tantum competeret atque ne hic quidem omnis sed intra eos tantum fines, intra quos illis uti possent. [207]) Hinc in illis decretis saepe legitur: *ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα* (s. *δὲ καὶ τὴν προξενίαν*) *ἐν στήλῃ* (*ἐς στήλῃ*) *λιθίνῃ* s. *εἰς στήλην λιθίνην*, Cf. Attic. no. 84. Orop. 1566.

singulis. aut sic ut eadem columna comprehenderentur plura proxeniae decreta[208]). Raro in duabus columnis inscribebatur[209]), rarius aere aut in duo aera incidebatur hospitii publici decretum; certe id repperi tantum in decretis Corcyraeorum[210]), in titulo Melitensi[211]) et in Agrigentino[212]), idemque factum est ab Syracusanis in eo hospitii publici decreto, quod L. Ciceroni dederunt[213]). Nonnumquam proxeniae decreta in antis templorum perscribebantur[214]). Triginta drachmae, (i. e. fere septem et semis imperiales nostrae monetae), quas in attico quodam decreto[215]) quaestores pendere iubentur scribae senatus ἐς τὴν ἀναγραφὴν τῆς στήλης, suffecerint, ni fallor, non modo inscribendo sed etiam emendo lapidi; neque fortasse semper et ubique et in omnibus hospitii decretis scribendis tanto sumptu opus fuerit, sed illum regi ornando impenderint. — Columnae autem, quibus inscripta erant proxeniae decreta, ponebantur plerumque in templis deorum; ita Geronthratarum[216]), Delphorum[217]), Mesambrianorum[218]) columnae proxeniae in Apollinis, Sicinetarum[219]) et Jetarum atque Pariorum[220]) hospitia in Apollinis Pythii, Minoetarum Amorgi nunc[221]) in Apollinis Delii, nunc[222]) simul in aede Bacchi et in curia, Eretriensium[223]) in Dianae, Communis[224]) Lacedaemoniorum in Neptuni Taenarii, Teniorum[225]) in Neptuni et Amphitritae, Crannoniorum[226]) in Aesculapii, Oropiorum in Amphiarai[227]) Communis Insulanorum[228]) simul Deli in aede Apollinis atque Teni in aede Neptuni et Amphitritae, Odessi in incerti dei templo[229]); nonnumquam autem non in aedibus sacris, sed ut apud Iasenses in foro, imprimis in curia collocabantur illae columnae[230]), aut in antis aedium, in quas magistratus conveniebant, ipsa proxeniae decreta scribebantur; nonnumquam loci publici, in quo poneretur columna, electio magistratibus quibusdam permittebatur[231]). Nonnumquam ubi duabus columnis idem scribebatur proxeniae decretum, columnae simul in alicuius dei aede

---

Eretr. 2144, b. Del. 2268. Ten. 2329. 2331.; Sicin. 2447, b.); s. ψάφισμα ὀνγράφει ἐν κίονα λιθίναν (Cf. decret. Crannon. ap. *Leake* no. 149. a. b.); neque ab hoc differt, quod in Odessi decreto (2056) iubetur scribi proxeniam εἰς τελαμῶνα et in decreto Mesambriae 2053, b. εἰς τελαμῶνα λευκοῦ λίθου. Boeckhius enim statuit τελαμῶνα pilam esse dictam, olim eam tantum, quae aliquid fulciret, deinde etiam eam, quae nihil fulciret; cf. *Boeckh.* C. I. II. p. 79. p. 997., *Franz.* El. p. 243. [208]) Cf. *Leake* no. 149, a. b. C. I. 1563, a. b. c. 1793, a. b. alia. [209]) Cf. decret. Ten. in C. I. 2334. Del. 2267. [210]) C. I. no. 1841 sqq. τὰν προξενίαν γράψαντας εἰς χάλκωμα. [211]) *Gruter* p. 400 τὴν δὲ προξενίαν ταύτην ἀναγράψαι εἰς χαλκώματα δύο. [212]) *Gruter* p. 401 τὸ δὲ δόγμα τόδε κολάψαντας ἐς χαλκώματα δύο. [213]) *Cic.* in Verr. IV, 65. Verba ipsa adscripsi p. 6. not. 64. [214]) *Polyb.* XII, 12. cf. supra p. 2. not. 6. [215]) C. I. no. 817. [216]) ib. 1334. [217]) *Ross.* I, 617. *Ulrichs.* I, 617. [218]) C. I. 2053, b. [219]) ib. 2447, b. *Ross.* II, 95. [220]) C. I. 2374, c. ἀναγράψαι δὲ αὐτὸν — ἐς τὸ Πύθιον fortasse significat „in antis“ templi inscribendum esse decretum. [221]) *Ross.* Inscr. Ined. II, 187. [222]) *Ross.* in Gerhardi Diar. Arch. ἀναγράψαι δὲ καὶ τόδε τὸ ψήφισμα εἴς τε τὸ ἱερὸν τοῦ Διονύσου καὶ εἰς τὸ βουλευτήριον ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις τόποις. [223]) C. I. 2144, b. [224]) ib. no. 1335. [225]) ib. 2329. 2332. [226]) *Leake* no. 149, a. τὸ ψάφισμα ὀνγράφει ἐν κίον[α λιθίναν ἔ]ν τὸ Ἀσκλαπιεῖον. Nos expedio quod ib., b. est: ὀνγράφει ἐν κ. λιθίν[αν] εοα ἄκρουν ἐν τοῖς ἱαρούτοις. [227]) C. I. no. 1565. [228]) ib. 2334. [229]) C. I. 2056. καὶ θεῖναι εἰς τὸ ἱερόν. Boeckhio intercidisse videtur nomen dei. Fortasse autem nihil intercidit et τὸ ἱερὸν solum significat aedem maximam et sanctissimam urbis, ut in Deliis titulis solum est εἰς τὸ ἱερὸν neque additur dei nomen. [230]) C. I. 2675. ἀναγράψαι ἐν τῇ παραστάδι τῇ πρὸ τοῦ ἀρχείου. ib. 2678. ἀναγράψαι ἐν τῇ ἀγορᾷ. [231]) Cf. decret. Corcyraeorum C. I. no. 1841 sqq. τὰν δὲ προξε-

et in curia collocabantur [232]). Verum sive in templis, sive in curiis ponebantur, in utrisque locus evidentior (*ἐπιφανέστατος τόπος*) excipiendis columnis eligebatur, id quod credibile est etiam tum esse factum, ubi in decreto non nominatim iussum esset. Apud Athenienses columnae, in quibus decreta proxeniae inscripta erant, in arce [233]), id est in loco sanctissimis religionibus consecrato ponebantur; huc igitur spectat illud quoque quod Hyperides [234]) in oratione c. Demadem dixit, „multo aequius fore ut columna eius in purgamentis quam ut in templis nostris collocetur.“ —

Nonnumquam exemplum decreti dabatur ipsi proxeno [235]), aut mittebatur ad civitatem, cuius ille civis esset, signatum signo civitatis [236]); nonnumquam in hac ipsa urbe ponebatur altera columna quae decretum hospitii continebat; hinc apud Iasenses [237]) repertum est decretum proxeniae ab Calymniis datae. Decreti scribendi et columnae suo loco collocandae cura in titulis atticis et in titulo Minoetarum Amorgi [238]) scribae senatus, in titulo Geronthratarum [239]) ephoris, in uno Delphico [240]) et in Sicinitarum [241]) decreto praetoribus, apud alios nunc prytanibus [242]), nunc Hieropoeis [243]), aut, ut apud Iasenses, modo uni [244]) *νεωποίῃ* modo pluribus [245]) *νεωποίαις*, in Deliis [246]) decretis senatui columnae in curia, hieropoeis columnae in templo collocandae curatio commendatur. — Proxeniae tabulis suum cuiusque urbis insigne adiungebatur [247]). — Praeterquam autem quod hospitii decreta columnis singulatim inscribebantur, erant, nonnullis certe in civitatibus, tabulae vel columnae, in quas omnium proxenorum et euergetarum nomina referebantur; duo eius modi indices aetatem tulerunt, alter Creticus [248]), alter Anaphaeus [249]); eodemne sit etiam Theraeus [250]) titulus referendus, dubitari licet.

9. Postquam quid proxenis civitates contulerint expositum est, iam erit explanandum, quid civitatibus proxeni conferre soliti sint; nolo enim dicere quid *debuerint*, ne quis eos credat necessitate muneris fecisse, quae officii, quae consuetudinis rationi tribuerint. Tria autem Pollux [251]) commemorat: qui venissent ex ea civitate, cuius proxenus, in eam cuius civis esset, iis hospitium eum procurasse sive hospitio eos excepisse; tum aditum eis ad populi concionem,

---

νιάν γράψαντας εἰς χάλκωμα ἀναθέμεν ὅπῃ κα δοκῇ προβούλοις προδίκοις στραταγοῖς καλῶς ἔχειν. In reliquis Corcyr. titulis proxeniae omittuntur praetores. In decret. Iasens. 2676. est *τόπον δὲ ἀποδεῖξαι τοὺς προστάτας τὸ[ν ἐπιφανέστ[ατον, ὅπ]ου τὸ ψήφισμα ἀναγραφήσεται.* [232]) Ita in Deliis titulis no. 2268 sq. est: *ἀναγράψαι τὸ ψήφισμα τὴν μὲν βουλὴν εἰς τὸ βουλευτήριον τοὺς δὲ ἱεροποιοὺς εἰς τὸ ἱερόν.* Idem iubetur in titulo Minoetarum Amorgi; cf. not. 222. [233]) Cf. C. I. no. 84. 87- [234]) Hyperides ap. *Harp.* v. *ὀξυθύμια: περὶ οὗ πολλῷ ἂν δικαιότερον ἐν τοῖς ὀξυθυμίοις ἡ στήλη σταθείη ἢ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἱεροῖς.* Neque enim haec, id quod *Kiesslingo* (de Hyperid. orat. Comm. II. p. 19.) placuit, ad Demadem sed ad Euthycratem spectant, cui Demades proxeniam apud populum rogavit —. [235]) Cic. Verr. IV, 65. *Gruter.* p. 400. [236]) Cf. Tenios titul. no. 2229 sq. et Delphicum ap. *Ulrichs.* I, 67. In Decreto Minoetarum Amorgi, quod *Ross.* edidit in *Gerh.* Diar. Arch. legitur: *ὅπως δὲ καὶ Ῥόδιοι ἐπιγνῶσι τὰ ἐψηφισμένα τίμια τῷ πολίτῃ αὐτῶν Νικολάῳ, ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς διαπεμψάσθω εἰς Ῥόδον ἀντίγραφον τοῦδε τοῦ ψηφίσματος ἐσφραγισμένον τῇ δημοσίᾳ σφραγῖδι.* [237]) C. I. no. 2671. [238]) l. c. *τῆς δὲ ἀναγραφῆς προνοηθήτω ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς.* [239]) C. I. no. 1334. [240]) *Ulrichs.* p. 67. [241]) C. I. 2447, b. [242]) ibid. 2264, b. 2379, c. [243]) ib. 2056, a. [244]) ib. 2675 sqq. [245]) ib. 2678. [246]) ib. 2267. ib. 2269. [247]) *Antigon. Caryst.* c. XV. ex emend. *Locellae* in *Xenoph. Ephes.* p. 51 sq. *ἐπὶ τῶν προξενιῶν τῶν ἀναγραφομένων τὸ παράσημον τῆς πόλεως, καθάπερ ἐστὶν ἔθιμον πᾶσι παρατιθέναι, γράφονται δύο κόρακες ἐφ' ἁμαξίου χαλκοῦ.* [248]) C. I. 2550. [249]) ib. 2477, c. [250]) ib. 2450. [251]) Verba posui p. 2. not. 7.

denique locum sedemque in theatro parasse. Horum postremum praeter Pollucem nemo alius, secundum etiam Aelius Dionysius, primum plerique omnes grammatici atque scriptores tradunt; neque tamen haec illo minus certa sunt. Dicam autem de omnibus singulatim. Apud Calliam igitur Lacedaemoniorum proxenum semper Lacedaemoniorum optimos devertisse [252]) Xenophon scribit. Vera autem haec scripsisse Xenophontem inde apparet, quod certe Ol. C, 2 apud Calliam Lacedaemoniorum legati deverterunt [253]). Quodsi in eadem urbe plures erant civitatis proxeni, legatis ab civitate missis sine dubio permissum erat apud quem eorum vellent devertere; neque spreto proxeni hospitio devertere ad cauponem ἐς πανδοχεῖον aut interdictum legatis erat, aut ignominiosum habebatur hospiti, fortasse ne mirum quidem videbatur; nam in qua urbe neque civitas proxenum haberet, nec δημόσιον esset κατάλυμα legatis excipiendis, legatis eius necessario devertendum aut ad privatum hospitem aut ad cauponem fuisse, si omnino vellent devertere, plane apparet [254]).

Alterum quod procurari ab proxeno Pollux scribit, est πρόσοδος πρὸς τὸν δῆμον. Legati igitur, ut hoc utar exemplo, Lacedaemoniorum, qui Athenis apud populum agere, ab populo aliquid petere vellent, ab eo Attico cive, qui Laconicus proxenus erat, introducebantur apud prytanes et in concionem, isque ut potestas iis fieret hic renunciandi legationem operam dabat. Neque vero apud populum tantum sed etiam apud senatum et apud magistratus, si quid cum his agendum legatis esset, introducebantur a proxeno. Ita Boeotorum legatos pacis petendae caussa Ol. LXXXXVII, 4 ad Agesilaum missos Pharax Lacedaemonius, qui Boeotorum proxenus erat [255]), introducebat apud regem. Inquilinis satis constat in foro Attico non licuisse controversias suas per se agere, sed coactos eos fuisse civem patronum s. προστάτην adhibere; idem in reliquos peregrinos, qui ἰσοτελεῖς non essent, valuisse probabile est; hos igitur proxeno suae civitatis, si quem ea Atticorum civium proxenum haberet, eo magis credo patrono esse usos, quod proxenos nonnulli grammatici explicant: ὅλων πόλεων προστάτας. Quo igitur tempore socii Atheniensium tributarii caussas gravissimas quasque iudiciis Atticis deferre adacti erant, tributariae illae civitates etiam multo minus Attico proxeno carere poterant. Quod autem Athenis, idem vel aliquid simile in reliquis quoque Graecis civitatibus si non iuris, certe moris erat. Mortuo Athenis peregrino quae proxenum, si quem peregrini patria proxenum Athenis haberet, facere decuerit, Demosthenis oratio adversus Callippum docet. Ibi enim narratur [256]) Lycone Heracleota in sinu Argolico ab piratis vulnerato et Argis mortuo Callippum Heracleotarum proxenum Atticum ad mensam Phormionis argentarii venisse et ab hoc postulasse

---

[252]) *Xenoph.* Conv. VIII, 40. Sed non eum passi sunt sic scribere librarii, qui quod praebent πρόξενοι δὲ καὶ κατάγονται ἀεὶ παρὰ σοὶ (Callia) οἱ κράτιστοι αὐτῶν, nihili est; nam προξένους hic dici, qui *devertant apud proxenum*, quae *Sturzii* et *Herbstii* sententia est, adeo contra usum sermonis pugnat, ut incredibile sit; scribendum videtur: προξένῳ δὲ, quod cum σοὶ coniungendum est. [253]) *Xenoph.* H. Gr. V, 4, 22. τῶν Λακεδαιμονίων πρέσβεις Ἀθήνησιν ἐτύγχανον ὄντες παρὰ Καλλίᾳ τῷ προξένῳ. [254]) Cf. *Demosth.* f. l. 390, 26. *Boeckh.* Oec. Civ. Athen. I, 255. [255]) *Xenoph.* H. Gr. IV, 5. ὁ δ' Ἀγησίλαος οὐδ' ὁρᾶν ἐδόκει καίπερ Φάρακος τοῦ προξένου παρεστηκότος αὐτοῖς ὅπως προσαγάγοι. [256]) *Demosth.* adv. Callipp. p. 1237. ἐξ ἀνάγκης γάρ μοί ἐστιν ἁπάντων Ἡρακλεωτῶν ἐπιμελεῖσθαι.

ut sibi tabulas inspiciendi potestatem faceret, quo sciret num quid ille reliquisset pecuniae: sibi enim *necesse esse* omnium Heracleotarum res curare. Quod *necesse esse* dicit, noli ad muneris aut ad magistratus quasdam partes referre, nihil enim aliud nisi officii atque humanitatis rationem significat, quae sane apud officii memores necessitatis loco est. Quod autem idem Lyco moriens Argivo Heracleotarum proxeno res pecuniamque suam tradidit, satis probat in omnibus Graecis civitatibus proxenos eandem fere secutos esse rationem.

Tertium, quod proxenorum esse Pollux scribit, est *ἐπιμελεῖσθαι ἕδρας ἐν τῷ θεάτρῳ.* Ad ludos spectandos ex peregrinis civitatibus magnam hominum frequentiam Athenas potissimum ventitasse satis notum est; his suus cuique hospes, si qui privato hospitio Atheniensis civis utebantur, locum in theatro emebat, id quod Graeci *θέαν ἀγοράζειν* dicebant, non quod *θεατροπώλῃ* vetitum esset peregrinis *θέαν ἀπομισθοῦν*, sed quia peregrinis molestum erat eum quaerere; hinc [257]) Theophrastus in *ἀναισχύντου* sive impudentis notis etiam hanc affert *καὶ ξένοις δὲ αὐτοῦ θέαν ἀγοράσας μὴ δοὺς τὸ μέρος θεωρεῖν.* Quibus autem peregrinis privatus hospes Atheniensis non erat et legatis qui a civitatibus essent Athenas missi, idem illud proxenus faciebat; is nonnumquam apud concionem rogaverit, ut architecton iuberetur gratis in theatro locum legatis praebere [258]). Consimilis autem erat ludorum ratio in reliquis civitatibus; etiam ubi cuique Graeco et ingenuo homini gratuitus in theatrum aditus patebat, peregrinus poterat ab cive in spectaculo sive in sede commoda comparanda adiuvari. —

Sed praeter ea, quae Pollux commemorat, aliis quoque in rebus proxenus tum civitati, cuius proxenia uteretur, tum civibus eius singulatim aderat et patrocinium eius urbis non aliter tuebatur, quam apud Romanus patroni qui civitates in clientelam suam recepissent. Itaque in concione et in senatu, si opus esset, caussam illius civitatis defendebat; quaecumque illi e re viderentur esse dicebat; quae contra in illius incommodum dicta essent ab adversariis eius, refellebat. Ita Nicias Syracusanorum proxenus non modo omnes Syracusanos, qui Athenis peregrinabantur, perpetuo prosequebatur, sed etiam illorum caussam in concione Attica tuebatur et bellum contra eos suscipiendum semper dissuadebat. Verum Niciae proxeniam unus, quod sciam, Diodorus [259]) tradit, neque Syracusani in Niciam victum captumque ullam hospitis publici exhibebant humanitatem sed omnem hostis crudelitatem exercebant. — Minus dubium, quod Demosthenes [260]) quae pro Rhodiis dicat dicturum se fuisse negat si solis Rhodiis ea e re esse crederet, neque simul Atheniensibus; *se enim illorum proxenum non esse*; itaque si fuisset Rhodiorum proxenus, non dedecuisset eum apud Athenienses dicere, quae solis Rhodiis essent utilia. Neque neglegebant proxeni, si opera sua civitatis, quae se hospitio ornasset, vel propagare fines [261]) vel socios in fide retinere [262]) vel etiam discordes cives

---

[257]) *Theophr.* Char. IX. [258]) *Demosth.* de cor. 234, 23. *κατανεῖμαι αὐτοῖς θέαν.* [259]) *Diodor.* XIII, 27. [260]) *Demosth.* de Rhod. lib. p. 194, 17. [261]) Nicias Gortynius Atheniensibus, quorum proxenus erat, suasit ut Cydoniam cum classe irent, suam pollicitus operam quo in eius urbis possessionem venirent. (*Thucyd.* II, 85.). Pithiam Corcyraeum *ἐθελοπρόξενον* Atheniensium adversarii eo nomine in iudicium vocarunt, quod Corcyram in Atheniensium potestatem redigere conaretur. (*Thucyd.* III, 70.) [262]) Cum Mytilenaei defectionem pararent, qui ea in urbe erant Atheniensium proxeni et imprimis Doxander rem ad Athenienses detulit. (*Thucyd.* III, 2. *Aristotel.* Polit. V, 3, 3.).

reconciliare [262]) possent. Nulla autem in re magis enitebat proxeni studium voluntasque quam in colendis redimendisque captivis, si qui belli clade cives eius civitatis, cuius proxenus erat, in captivitatem eius venissent civitatis, cuius civis erat; ita Corcyraei [263]) qui in proeliis navalibus circa Epidamnum ab Corinthiis capti erant, ab his dimissi sunt, quod qui cives Corinthii proxeni Corcyaeorum erant — habebat igitur etiam Corcyra plures proxenos in eadem Corinthi urbe — praedes pro iis talentorum octingentorum extitissent; similiter Alcibiades [264]) cum avitam Lacedaemoniorum proxeniam renovare vellet, omni officiorum genere captivos eorum, qui Sphacteria in insula in Atheniensium potestatem venerant, Athenis prosequebatur; eandem ob caussam Hyperides in oratione c. Demadem, quo Euthycratem proxenia indignum esse demonstret, etiam hoc ponit, quod nullum redemerit Atheniensium qui in Chaeronensi proelio capti essent (*τῶν ἁλόντων οὐδένα ἐῤῥύσατο.*)

Neque vero omniá persequi licet, quibus proxeni propensam voluntatem monstraverint in civitatem eam, a qua proxeniae honore affecti essent; neque enim omnia scimus. Rhodiorum proxenus [265]), patria Aradius, cui nomen erat Zeno Naumi f. Rhodi nescio quod donarium obtulit Iovi Servatori hac inscriptione: *Ζήνων Ναούμου Ἀράδιος πρόξενος Διῒ Σωτῆρι.* Egregie huc facit locus [266]) quidam Platonis, ubi Megillus Lacedaemonius suam domum dicit publico hospitio esse Atheniensium usam; solere autem omnes sicubi audiverint alicuius civitatis hospites publicos se esse, iam a pueris magna in eam benevolentia esse, ei optima quaeque cupere et post natalem patriam secundae patriae loco habere. Una res, qua eam benevolentiam spectatam esse arbitror, in coniectura posita est, sed, ni fallor, non improbabili. Etenim filiis suis ut privati homines nomina indere solebant ex privatis suis hospitibus, ita proxeni ex civitatium earum nominibus, quorum proxeni essent; sic Cimo Lacedaemoniorum proxenus uni filiorum *Λακεδαιμονίου* nomen imposuit [267]); Plataeensis *Λάκων* Lacedaemoniorum erat proxenus [268]) hinc videndum est sintne virorum nomina, quae nominibus civitatum vel populorum respondent ut *Ἀθήναιος*, *Βοιωτός*, *Δελφός*, *Ἐρετριεύς*, *Ἀμφίπολις*, *Μάγνης*, *Παταρεύς*, *Ἰταλία*, *Πέρινθος* [269]), *Νικόπολις*, *Μίλητος*, *Σάμος*, *Ῥόδιος* alia, inde partim orta, quod eorum familiae proxeniam habuerint illarum civitatum.

At vero si proxeni multis in rebus aderant civitatibus, quarum hospitio uterentur, apud eas, quarum cives essent: nonnullis in rebus etiam aderant his apud illas. Etenim ubi pax componenda, ubi foedera facienda erant, ubi agebatur de reconcilianda gratia, solebant civitates legatos eos mittere, qui earum civitatum, ad quas mittebantur, proxeni essent; ita Athenienses Cimonem, cum esset ostracismo urbe eiectus, antequam quinque anni exissent, revocarunt *διὰ τὴν προξενίαν* „quod hospitio Lacedaemoniorum utebatur," quia bellum Lacedaemoniorum, quo tum vehementer premebantur, per Cimonem proxenum celerrime confici pacem-

---

[262]) Thucydides Pharsalius Atheniensium hospes publicus cum forte eo tempore Athenis esset', quo civitas vehementer seditione laborabat, discordiam dissipare studuit, enixeque Athenienses rogavit, ne hostibus prope insidiantibus patriam perderent. *Thucyd.* VIII, 92. [263]) *Thucyd.* III, 70, init. [264]) *Id.* V, 43. [265]) C. I. Gr. 2526. [266]) *Plat.* de legg. I, 642. [267]) *Plut.* Cim. 16. [268]) *Thucyd.* III, 52. [269]) Cf. *Pape* Lexic. nom. propr. Graec. p. 2, g. cuius copiae augeri possunt nominibus iis, quae post *Ἐρετριεὺς* addidi.

que componi arbitrabantur. Neque eos spes fefellit, sed contigit Cimoni, postquam Lacedaemonem contendit, ut quinquennalem pacem conciliaret [270]); factum id est si Kruegerum sequeris, Ol. LXXX, 3, si C. O. Muellerum LXXXI, 4, si me audis Ol. LXXXII, 1. Similiter Callias [271]) Lacedaemoniorum proxenus ter Lacedaemona ab Atheniensibus legatus misus est „*περὶ πολέμου καταλύσεως*“ s. de componenda pace. Alexander Macedoniae, quod Atheniensium esset *πρόξενος*, a Mardonio [272]) Athenas legatus missus est, ut ipsi Athenienses conciliaret. Plataeenses cum iram Lacedaemoniorum deprecarentur, Laconem Aeimnesti *πρόξενον ὄντα Λακεδαιμονίων* caussae suae patronum esse iusserunt [273]). Argivorum [274]) ubi res iam eo erat deducta ut armis videretur esse cum Lacedaemoniis conflictandum et iam instructa esset utrorumque acies, Alciphron Lacedaemoniorum proxenus cum duce Thrasyllo Agidem adiit et ne proelium committeret rogavit. Lacedaemonii [275]) cum aliquid ab Byzantiis impetrare vellent, Clearchum eo miserunt *πρόξενον ὄντα Βυζαντίων*. Polydamas [276]) Pharsalius Lacedaemoniorum proxenus auxilii Pharsaliis contra Iasonem petendi gratia Lacedaemona legatus venit. Graeci, qui sub Xenophonte in Asia militabant, cum essent ad fines Mosynoecorum profecti, Timesitheum [277]) Trapezuntium *πρόξενον ὄντα τῶν Μοσσυνοίκων* ad hos legatum miserunt. Tarentinis cum esset legatio Neapolin mittenda, miserunt [278]) *ἄνδρας ἐπιφανεῖς καὶ προξένους διὰ γένους τῶν Νεαπολιτῶν*.

Proxenorum officia et munia qui in se recipiebat, cum proxenus non esset decreto civitatis factus, is *ἐθελοπρόξενος* dicebatur, aut certe Thucydidi dicitur, neque enim forense videtur et legitimum esse vocabulum.

10. Quam late autem hoc publici hospitii institutum apud Graecos patuerit, primum Aristophanes docet, apud quem tum in Avium fabula [279]) Episkopos, ubi in novam urbem Nephelococcygiam pervenit, statim quaerit, *ποῦ πρόξενοι*, ubi proxeni sint, quo loco difficile est definire, quosnam quaerat, videtur autem cives novae civitatis significare, quos sua civitas proxenia ornavit, eosque quaerere, ubi sint, fortasse ut auxilio adsint sibi mandata perferenti ad Aves; tum idem poeta [280]) in alia fabula Clisthenem effeminatum et mulierosum hominem mulieribus dicentem facit: *προξενῶ θ' ὑμῶν ἀεί*, iisque denunciantem furtim virum esse in mulierum coetum ingressum. Probat is insuper etiam locus morum quandam similitudinem inter proxenia donatos et eas civitates intercessisse, quarum illi proxenias haberent, id quod etiam dicto quodam

---

[270]) *Theopomp.* ap. *Schol. Aristid.* p. 528. Dind. *οὐδέπω δὲ πέντε ἐτῶν παρεληλυθότων πολέμου σύμβαντος πρὸς Λακεδαιμονίους ὁ δῆμος μετεπέμψατο τὸν Κίμωνα νομίζων διὰ τὴν προξενίαν τάχιστα* (sic) *ἂν αὐτὸν εἰρήνην ποιήσασθαι. ὁ δὲ παραγενόμενος τῇ πόλει τὸν πόλεμον κατέλυσε.* *Nep.* Cim. 3, 3. hunc recte sequitur. *Andocides* autem de pac. 91. et *Aeschin.* de f. l, 335. in hac re referenda et aliis erroribus capti sunt, et hoc peccant, quod pro Cimone ponunt *Μιλτιάδην τὸν Κίμωνος ὠστρακισμένον — κατεδεξάμεθα δι' αὐτὸ τοῦτο πρόξενον ὄντα Λακεδαιμονίων ὅπως πέμψαιμεν εἰς Λακεδαίμονα προκηρυκευσόμενον περὶ σπονδῶν κτλ.* Cf. quae scripsi in comment. de ostracism. p. 185. [271]) *Xenoph.* H. Gr. VI, 3, 4. [272]) *Herod.* VIII, 136. [273]) *Thucyd.* III, 52. [274]) *Thucyd.* IV, 59. [275]) *Xenoph.* H. Gr. I, 2, 35. [276]) *Xenoph.* l. c. VI, 1. [277]) *Xenoph.* Anab. V, 4, 26. 4. [278]) *Dionys. Hal.* A. R. XV, 5. [279]) *Aristoph.* Av. 1021. [280]) *Id.* Thesm. 582.

Cimonis confirmatur; hic enim cum Macedoniam invadere noluisset, quod videbatur potuisse, eamque ob rem non tantum in suspicionem donorum venisset ab Macedoniae rege acceptorum, sed dies quoque ei dictus esset, in caussae suae defensione etiam id apud iudices dixit [281]), se non Ionum, non Thessalorum opulentorum sed Lacedaemoniorum proxenum esse eorumque se et parsimoniam et frugalitatem imitari. Eundem amplissimum huius instituti ambitum testantur etiam nomina propria [282]) *Πρόξενος, Προξενιάδης, Προξενίδης*, quae in multis Graecis civitatibus reperiuntur. Ex inscriptionibus, quae mihi innotuerunt, apparet in quinquaginta fere graecis civitatibus id viguisse institutum; ex scriptoribus efficitur extitisse etiam Plataeae [283]), Thebis [284]) et in reliquis Boeotiae [285]) urbibus, apud Chios [286]), Byzantios [287]), Heracleae [288]), Syracusis [289]), Neapoli [290]). Nonnullis civitatibus proxenos fuisse elucet non minus ex oratoribus et rerum scriptoribus quam ex inscriptionibus. Sic Atheniensium proxeni commemorantur ab scriptoribus primum Alexander Philhellen [291]), ex qua proxenia explicandum est fortasse, quod Athenienses Philippo Amyntae fil. *πατρικοὶ φίλοι* dicuntur [292]), nam civitate filius demum illius Alexandri Perdiccas II ab Atheniensibus donatus est [293]); dein Pindarus [294]); tum ex temporibus Peloponnesii belli Nicias Gortynius [295]), Abderita Nymphodorus [296]), Thucydides Pharsalius [297]), plures Mytilenaei, inter hos Doxander [298]), et Pithias Corcyraeus [299]) *ἐθελοπρόξενος*; ex temporibus Demosthenicis vero Lycidas, Dionysius, Alcimachus, Antipater et Euthycrates Olynthius [300]); eorum, qui per Demosthenem proxeniam Atheniensium consecuti sunt, nomina ignoramus, multos esse consecutos Dinarchus [301]) contendit, nescio quam vere. Spartanorum proxenos apud rerum scriptores repperimus Athenienses Miltiadem, Cimonem, Alcibiadem, Calliam, de quibus omnibus supra dictum.

---

[281]) ***Plut.*** Cim. 14. *οὐκ Ἰώνων ἔφη προξενεῖν οὐδὲ Θεσσαλῶν πλουσίων ὄντων ὥςπερ ἑτέρους, ἵνα θεραπεύωνται καὶ λαμβάνωσιν, ἀλλὰ Λακεδαιμονίων μιμούμενος καὶ ἀγαπῶν τὴν παρ᾽ αὐτοῖς εὐτέλειαν καὶ σωφροσύνην κτλ.* [282]) ***Papeus*** in lexic. nomin. propr. Graec. p. 331. Locrum unum, Boeotum unum (adde ***Diodor.*** XIV, 19. ***Diog. Laert.*** II, 49 sq.), duos Tegeatas, unum Pellenaeum, unum Syracusanum, unum Sybaritam, unum Posidoniatam, sex Athenienses enumerat, quibus Proxeni nomen fuerit; ex inscriptionibus ut quaedam adiicere liceat, ***Keilii*** humanitati debeo; itaque praeter Proxenum Aphidnaeum, de quo cf. ***Boeckh.*** Seeurkund. 250. et Eleusinium, Atheniensis *Ὀνήτωρ Προξένου* est C. I. 982, Megalopolita *Πρόξ.* 1534, 6., Lebadensis *Πρόξ.* 1575, 6., Tenius *Πρόξ.* 2338, 31. Ex scriptoribus addo *Πρόξενον* Atheniensem patrem Dicaeogenis ap. ***Isaeum*** de Dicaeog. h. § 6. 15, Thebanum Thebarum proditorem ap. ***Dinarch.*** p. 53, 1., P. auctorem commentariorum de rep. Lacedaemoniorum et *πόρων Σικελικῶν* (cf. ***Vossius*** de hist. gr. p. 409.), P. medicum ab Galeno excitatum, al. — *Προξενιάδην* habet ***Aristophan.*** Vesp. 324. [283]) ***Thucyd.*** III, 52. [284]) Lampromachum Opuntium Thebanorum proxenum fuisse ***Boeckhius*** in ***Pind.*** O. IX., p. 193 sq. inde colligit, quod illius Isthmias victorias carmine ab se ornatas dicit poeta *προξενίᾳ τ᾽ ἀρετᾷ τε* „et propter virtutem et propter proxeniam;" quamquam possis etiam eum locum sic intellegere, ut *poeta* Opuntiorum fuisse proxenus dicatur. Certior est Thebana proxenia Pharacis Lacedaemonii ap. ***Xenoph.*** H. Gr. IV, 5. et Demosthenis ap. ***Aeschin.*** f. l. 310. [285]) ***Pind.*** I. III, 26. [286]) ***Aeschin.*** c. Ctes. p. 432. [287]) ***Xenoph.*** H. Gr. I, 2, 35. [288]) ***Demosth.*** adv. Calipp. p. 1237, 17. [289]) ***Cic.*** Verr. IV, 65. ***Diodor.*** XIII, 27. [290]) ***Dionys.*** H. A. R. XV, 5. [291]) ***Herod.*** VIII, 136 sqq. ***Aristid.*** orat. Panathenaic. p. 233. Dind. [292]) ***Demosth.*** c. Aristocr. 698, 11. [293]) ***Dem.*** ibid. 687, 11. [294]) ***Isocrat.*** Antid. p. 87. [295]) ***Thucyd.*** II, 85. [296]) ***Thucyd.*** II, 29. [297]) ***Thuc.*** VIII, 92. [298]) ***Thuc.*** III, 2. ***Aristot.*** Polit. V, 3, 3. [299]) ***Thuc.*** II., 2. [300]) ***Demosth.*** adv. Leptin. p. 496. ***Hyperid.*** c. Demad. [301]) ***Dinarch.*** c. Dem. §. 45.

est, et Xenophontem [302]); Atheniensibus addo Laconem Plataeensem et Alciphronem Argivum [303]) atque Polydamantem Pharsalium, denique Iasonem Pheraeum [304]). Achaeorum Peloponnesi proxenum Cleonicum Naupactium Polybius [305]), Achaeorum Magnae Graeciae proxenum Pindarus [306]), Corcyraeorum proxenos Corinthios Thucydides [307]), Rhodiorum proxeniam Demosthenes [308]) Rhodiorum proxenum Eumenem Pergamenum [309]) Livius, Agrigentinorum Lucianus [310]) commemorat. Sed ne Romanis, ne barbaris quidem id institutum ignotum fuisse videtur; certe cum Timasitheo [311]) Liparensi, quod Romanos legatos qui Delphos ad dona perferenda missi erant, salvos praestitisset, hospitium senatus consulto est factum; barbarorum autem Mosynoecorum proxenum Trapezuntium Xenophon [312]) dicit.

---

302) *Diog. L.* II, 51. 303) *Thucyd.* III, 52. IV, 59. 304) *Xenoph.* H. Gr. VI, 4, 24. 305) *Polyb.* V, 95, 12. 306) *Pind.* N. VII, 65. 307) *Thuc.* III, 70. 308) *Demosth.* de Rhod. libert. 194. 309) *Liv.* XXXVII, 55. 310) *Lucian.* Phalarid. princ. 311) *Liv.* V, 28. 312) *Xenoph.* Anab. V, 4, 2.